

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium officii - Cod. St. Blasien 25

[St. Blasien], [2. Hälfte 18. Jahrh.]

Lectionarum Officii

[urn:nbn:de:bsz:31-46921](#)

LECTIONES IN NATALI DOMINI.

IN I. NOCTURNO.

LECTIO I.

Ex Isaia Propheta.

POpulus qui ambulat in tenebris,
vidit lucem magnam: habitantibus
in regione umbræ mortis lux orta
est eis. Multiplicasti gentem, & non mag-
nificasti latitiam. Latabantur coram te,
sicut qui latantur in messe, sicut exsult-
ant victores capta præda, quando divi-
dunt spolia. Iugum enim oneris ejus, &
virgam humeri ejus, & sceptrum exact-
oris ejus sicut in die Madian. quia omnis
violenta prædatiocum tumultu, & vesti-
mentum mistum sanguine, erit in combu-
tionem & cibum ignis.

R. mortis sedent. V. Habitantibus in regi-
one umbræ mortis, lux orta est eis.

LECTIO II.

PArvulus enim natus est nobis, & Filius
datus est nobis, & factus est principa-
tus super humerum ejus: & vocabitur
nomen ejus admirabilis, consiliarius,
Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps
pacis. Multiplicabitur ejus imperium, &
pacis non erit finis: super solium David
& regnum ejus sedebit: ut confirmet illud,



2.

& corroboret in iudicio & iustitia, amodo & usque in sempiternum: zelus Domini exercituum faciet hoc.

R in praesepio. **V.** Filius Dei factus est ex semine David secundum carnem.

LECTIO III.

Consolamini, consolamini popule meus, dicit Deus vester: loquimini ad cor Jerusalem, & advocate eam: quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniqitas illius: suscepit de manu Domini duplia pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto: parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt pravam directa, & aspera in vias planas. Et revelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est. Vox dicentis: clama. Et dixi: quid clamabo? omnis caro fenum, & omnis gloria ejus quasi flos agri. Exsiccatum est fenum, & cecidit flos, qui a spiritu Domini sufflavit in eo. Vere fenum est populus: exsiccatum est fenum, & cecidit flos: Verbum autem Domini nostri manet in aeternum.

R Dei nostri. **V.** Misit Deus Filium suum in mundum, ut salvetur mundus per ipsum.

Confurge, confurge, induere for-
titudine tua, Sion, induere vesti-
mentis gloriae tuae Jerusalem civitas
sancti: quia non adjicet ultra, ut per-
transeat per te incircumcisus & immun-
dus. Excute de pulvere, confurge,
fede, Jerusalem: solve vincula collis tui,
captiva filia Sion. Quia haec dicit Dominus:
gratis venumdati estis, & sine ar-
gento redimemini. Quia haec dicit Do-
minus Deus: in Aegyptum descendit po-
pulus meus in principio, ut colonus es-
setibi: & Assur absque ulla causa calum-
niatus est eum. Et numquid mihi est hic,
dicit Dominus, quoniam ablatus est po-
pulus meus gratis? Dominatores ejus
inique agunt, dicit Dominus, & jugiter
tota die nomen meum blasphematur:
Propter hoc sciet populus meus nomen
meum in die illa: quia ego ipse, qui lo-
quebar, ecce adsum.

R. malum ultra. V. Ecce evangelizo vo-
bis gaudium magnum, quod erit om-
ni populo. V. Gloria.

LECTIO V.

Sermo sancti Leonis Papæ.

Salvator noster, dilectissimi, hodie natus est, gaudemus. Neque enim locum fas est ibi esse tristia, ubi natalis est vita: quæ consumto mortaliatis timore, nobis ingerit de promissa æternitate lætitiam. Nemo ab hujus alacritatis participatione se cernit: Una cunctis lætitia communis est ratio: quia Dominus noster, peccati mortis que destructor, sicut nullum à reatu liberum reperit, ita liberandis omnibus venit. Exsultet sanctus, quia propinquat ad palmam. Gaudeat peccator, quia invitatur ad veniam. Animeturgensis, quia vocatur ad vitam.

R. vitam æternam. **V.** Egressus es in salutem populi tui, Domine, in salutem cum Christo tuo.

LECTIO VI.

Verbum Dei Deus, Filius Dei, qui in principio erat apud Deum; per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, propter liberandum hominem ab æterna morte, factus est homo: ita se ad susceptionem humilitatis nostra fine diminutione majestatis inclinans, ut manens quod erat, assumensque quod

non erat veram servi formam ei formā,
in qua Deo Patri est æqualis, mirer: &
tanto fædere naturam utramque conse-
reret, ut nec inferiorem consumeret
glorificatio, nec superiorem minueret
assumptio. **R.** delicta populi. **V.** Deus no-
ster in terris visus est, & cum homini-
bus conversatus est.

LECTIO VII.

SAlva igitur proprietate utriusque
substantiæ, & in unam coeunte per-
sonam suscipitur a majestate humilitas,
a virtute infirmitas, ab æternitate mor-
litas; & ad dependendum nostræ con-
ditionis debitum, natura inviolabilis
naturæ est unita passibili, Deusque
verus & homo verus, in unitatem Do-
mini temperatur: ut quod nostris
remediis congruebat, unus atque
idem Dei hominumque Mediator,
& mori posset ex uno, & resurgere pos-
set ex altero. Talis igitur dilectissimi,
nativitas decuit Dei virtutem, & Dei
sapientiam Christum, qua nobis & huma-
nitate congrueret, & clivinitate præcel-
leret. Nisi enim esset Deus verus, non af-
ferret remedium: nisi esset homo verus,
non præberet exemplum.

R. ut homo. **V.** Vere tuis Deus abscon-
ditus, Deus Israel Salvator.

LECTIO VIII.

Agamus ergo dilectissimi gratias Deo Patri per Filium ejus in Spiritu sancto, qui propter multam misericordiam suam, quia dilexit nos misertus est nostri: & cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo, ut essemus in ipso nova creature, novumque figuratum. Deponamus ergo veterem hominem cum actibus suis: & adeoti participationem generationis Christi carnis renuntiemus operibus. Agnoscere, o Christiane, dignitatem tuam, & divinæ confors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire. Memento, cuius capit is & cuius corporis sis membrum. Reminiscere, quia eruatus de potestate tenebrarum, translatu es in Dei lumen & regnum.

R. & sumus. **V.** Per Christum donavit Deus, ut efficiamini divinæ confortes naturæ. Gloria.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IX.

Incipit Epistola beati Pauli
Apostoli ad Hebraeos.

Multifariam multisque modis olim
Deus loquens patribus in Pro-
phetis: novissime diebus istis locu-
tus est nobis in Filio, quem consti-
tuit heredem universorum, per
quem fecit & secula: qui cum sit splen-
dor gloriae, & figura substantiae ejus,
portansque omnia verbo virtutis sua,
purgationem peccatorum faciens, se-
det ad dexteram Majestatis in excel-
sis: tanto melius Angelis effectus,
quanto differentius praे illis nomen
hereditavit.

LECTIO X.

Cui enim dixit aliquando Ange-
lorum: Filius meus es tu: ego ho-
die genui te? & rursum: ego ero illi in
Patrem: & ipse erit mihi in Filium? Et
cum iterum introducit Primogenitum
in orbem terrae, dicit: Et adorent eum
omnes Angeli Dei. Et ad Angelos
quidem dicit: Qui facit Angelos suos
spiritus, & ministros suos flammarum ig-
nis. Ad Filium autem: Thronus tuus
Deus, in seculum seculi: virga & quita-
tis, virga regni tui. Dilexisti justitiam.

8.

& odisti iniuitatem: propterea umxit
te Deus, Deus tuus oleo exultationis
præ participibus tuis.

LECTIO XI.

ET: tu in principio, Domine, terram
fundasti: & opera manuum tua-
rum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem
permanebis, & omnes ut vestimentum
veterascent, & velut amictum mutabis
eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse
es, & anni tui non deficient. Ad quem
autem Angelorum dixit aliquando:
Sede à dextris meis, quo ad usque
ponam inimicos tuos scabellum pe-
dum tuorum? Nonne omnes sunt
administratorii spiritus, in ministe-
rium missi propter eos, qui heredi-
tatem capiunt salutis?

LECTIO XII.

Propterea abundantius oportet
observare nosea, quæ audivimus,
ne forte pereffluamus. Si enim, qui
per Angelos dictus est sermo, factus
est firmus, & omnis prævaricatio, & in-
obedientia accepit justam mercedis re-
tributionem: quomodo nos effugiem,
si tantam neglexerimus salutem? quæ
cum initium accepisset enarrari per
Dominum ab eis, qui audierunt, in nos
confirmata est, contestante Deo.

signis & portentis, & variis virtutibus, & Spiritu sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Non enim Angelis subjecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur.

IN EPIPHANIA DOMINI.

IN I. NOCTURNO.

LECTIO I.

Ex Isaia Propheta.

OMnes fitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & labore vestrum non in satiitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & vivet anima vestra, & feriam vobis cum pactum sempiternum misericordias David fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac praeceptorem gentibus.

R. confitebitur Domino. **V.** Venient populi multi, & gentes robustæ ad quarendū Dominum exercitum in Jerusalem, & deprecandam faciem Domini.

Surge, illuminare Jerusalem: quia
venit lumen tuum, & gloria Domi-
ni super te orta est. Quia ecce tenebrae
operient terram, & caligo populos: sup-
erte autem orietur Dominus, & gloria
ejus in te videbitur. Et ambulabunt
gentes in lumine tuo, & reges in
splendore ortus tui. Leva in circuitu
oculos tuos, & vide: omnes isti congre-
gati sunt, venerunt tibi: filii tui de longe
venient, & filiae tuae de latere surgent.
Tunc videbis, & afflues, & mirabitur &
dilatabitur cor tuum, quando conver-
sa fuerit ad te multitudo maris, fortitu-
do gentium venerit tibi: inundatio ca-
melorum operiet te, dromedarii Ma-
dian & Ephra: omnes de Saba venient,
aurum & thus deferentes, & laudem
Domino annuntiantes.

R in te Dominum **X.** Deus visitavit, fu-
mire ex gentibus populum nominis suo.

Caudens gaudebo in Domino, & ex-
ultabit anima mea in Deo meo: quia
induit me vestimentis salutis: & indumen-
to justitiae circumdedit me, quasi sponsum
decoratum corona, & quasi sponsam or-
natam monilibus suis. Sicut enim terra
profert germen suum, & sicut hortus

femenfum germinat, sic Dominus
Deus germinabit iustitiam & laudem
coram universis Gentibus.

R. habet virum. **V.** Dices in cordetuo:
quis genuit mihi istos? ego sterilis, &
non pariens?

LECTIO IV.

Propter Sion non tacebo, & propter
Jerusalem non quiescam, donec e-
grediatur ut splendor Justus ejus, & Sal-
vator ejus ut lampas accendatur. Et vide-
bunt Gentes Justum tuum, & cuncti reg-
es Inclytum tuum, & vocabitur tibi no-
men novum, quod os Domini nomina-
bit. Eteris corona gloriae in manu Do-
mini, & diadema regni in manu Dei tui.
Non vocaberis ultra derelicta: & terra
tua non vocabitur amplius desolata:
sed vocaberis voluntas mea in ea, & ter-
ra tua inhabitata. Quia complacuit Do-
mino in te: & terra tua inhabitabitur.

R. contemplati sunt. **V.** An Iudaorum
Deus tantum? nonne & Gentium?

IN II. NOCTURNO.

LECTIO V.

Sermo sancti Leonis Papæ.

Caudete in Domino, dilectissimi,
Giterum dico, gaudete: quoniam
brevi intervallo temporis post sole-
nitatem Nativitatis Christi festivitas.

Declarationis ejus illuxit: & quem in illo die Virgo peperit, in hoc mundus agnovit. Verbum enim caro factum sicut su- fceptionis nostræ temperavit exordia, ut natus Jesus, & credentibus manifestus, & persequentibus esset occultus. Iam tunc ergo cœli enarraverunt gloriam Dei, & in omnem terram sonus veritatis exivit, quando & pastoribus exercitus Angelorum Salvatoris editi annuntiatur apparuit, & Magos ad eum adorandum prævia stella perduxit: ut a solis ortu usque ad occasum veri Regis generatio coruscaret, cum rerum fidem & regna Orientis per Magos discerent, & Romanum imperium non lateret.

R. ora est eiis. **V.** Tenebrae transferunt, & verum lumen iam lucet.

LECTIO VI.

NAm & savitia Herodis, volens pri- mordia suspecti sibi Regis extin- guere, huic dispensationi nesciens servi- ebatur: ut dum atroci intentus facinori, ignotum sibi puerum indiscreta infantium cade persequitur, annuntiatum cœlitus Dominatoris ortum insignior ubique fama loqueretur, quam promptiorem ad narrandum, diligentioremque faciebat, & supernæ significationis novitas, & cru- entissimi persecutoris impietas. Tunc

autem etiam Ægypto Salvator illatus
est, ut gens antiquis erroribus dedita,
jam ad vicinam salutem, per occultam
gratiam vocaretur, & quæ nondum eje-
cerat ab animo superstitionem, jam ho-
spitio reciperet veritatem.

R. non profuit **V.** Mysterium quod
absconditum fuit à seculis & genera-
tionibus, nunc manifestatum est.

LECTIO VII.

Quantam gratiarum actionem
debeamus Domino pro illumina-
tione Gentium, probat obsecratio
Judæorum. Quid enim tam cæcum,
quid tam lucis alienum, quam illi facér-
dotes & scribæ Israelitarum fuerunt?
qui percontantibus Magis, & Herode qua-
rente, ubi Christus secundum Scriptu-
rarum testimonium nasceretur, hoc re-
sponderunt de Prophetico eloquio,
quod indicabat stella de cælo. Jam er-
go ad eruditionem Gentium Propheti-
cus sermo transibat, & prænuntiatum an-
tiquis miraculis Christum alienigena-
rum corda discebant: cum Judæorum
infidelitas veritatem ore proferret, &
mendacium corde retineret. Noluer-
unt enim agnoscere oculis, quem desa-
ris judicabant libris: ut quem non ad-
orabant in infantia & infirmitate humilem,

i4.

postea crucifigerent in virtutum sublimitate fulgentem.

R. salvius fieret. V. Dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt Sanctum Israel.

LECTIO VIII.

Agnoscamus ergo dilectissimi, in Magis adoratoribus Christi, vocationis nostræ fideique primitias, & exultantibus animis beatæ spei initia celebremus. Exinde nobis Christum loquentia Scripturarum arcana patuerunt; & veritas, quam Judæorum obcaecatio non recipit, omnibus nationibus lumen suum invexit. Honoretur itaque à nobis sacratissimus dies, in quo salutis nostræ Autor apparuit: & quem Magi infantem venerati sunt in cunabulis, nos omnipotentem adoremus in cœlis. Ac sicut illi de thesauris suis mysticas Dominum munerum species obtulerunt; ita & nos de cordibus nostris, quæ sunt Deo digna, promamus.

R. decore sancto. V. Nunc revelatum est, Gentes esse coheredes, & concorporales, & comparticipes promissionis Dei in Christo Jesu. Gloria.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IX.

Ex Epistola B. Pauli Apostoli
ad Ephesios.

FTVOS CUM ESSETIS MORTUI DELICTIS,
& PECCATIS VESTRIS, IN QUIBUS ALI-
QUANDO AMBULASTIS SECUNDUM SECULUM
MUNDI HUJUS, SECUNDUM PRINCIPEM PO-
TESTATIS AERIS HUJUS SPIRITUS, QUI NUNC
OPERATUR IN FILIOS DIFFIDENTIAE, IN QUIBUS
& NOS OMNES ALIQUANDO CONVERSATI SU-
MUS IN DESIDERIIS CARNIS NOSTRAE FACI-
ENTES VOLUNTATEM CARNIS, & COGITA-
TIONEM, & ERAMUS NATURA FILII IRAE, SICUT &
CATERI: DEUS AUTEM, QUIDIVES EST IN
MISERICORDIA, PROPTER NIMIAM CARITA-
TEM SUAM, QUAE DILEXIT NOS, & CUM ESSEMUS
MORTUI PECCATIS, CONVIVIFICAVIT NOS IN
CHRISTO, CUJUS GRATIA ESTIS SALVATI, & CON-
REFUSCITAVIT, & CONFEDERE FECIT IN CALE-
STIBUS IN CHRISTO JESU, UT OS TENDERET IN
SECULIS SUPERVENIENTIBUS ABUNDANTES
DIVITIAS GRATIAE SUAE IN BONITATE SUPER NOS
IN CHRISTO JESU.

LECTIO X.

CRATIA ENIM ESTIS SALVATI PER FIDEM:
I& HOC NON EX VOBIS, DEI ENIM DONUM
EST: NON EX OPERIBUS, UT NEQUIS GLORIETUR.
IPSITUS ENIM SUMUS FACTURA CREATI IN CHRI-
STO JESU IN OPERIBUS BONIS, QUAE PREPARE-

16.

ravit Deus, ut in illis ambulemus. Propter quod memores estote, quod aliquando vos gentes in carne, qui dicimini præputium in ea, quæ dicitur circumcisio in carne, manufacta: qui a eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conversatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo.

LECTIO XI.

Nunc autem in Christo Iesu vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceri & solvens, inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem, & reconciliat ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso.

LECTIO XII.

Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longe fuistis, & pacem iis, qui prope. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem. Ergo jam non estis hospites et advenæ: sed estis cives sanctorum & domestici Dei: superædificati super fundatum Apostolorum & Pro-

phetarum, ipso summo angulari lapide^{17.}
Christo Jesu: in quo omnis ædificatio con-
structa crescit in templum sanctum in
Domino, in quo & vos coædificamini in
habitaculum Dei in Spiritu.

IN COENA DOMINI.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Ex Sermoni septimo S. Leonis
Papæ de Passione Domini.

INcipientes, dilectissimi, Evangelicam
de Passione Domini historiam retrac-
tare, divino intelligimus dispositum fu-
isse consilio, ut sacrilegi Judæorum Prin-
cipes & impii sacerdotes, qui saeviendi in
Christum occasiones sæpe quaesiverant,
non nisi in solemnitate Paschali exercen-
difuroris sui acciperent potestatem. Opor-
tebat enim, ut manifesto implerentur ef-
fectu, quæ diu fuerant figurato promis-
sa mysterio: ut ovem significativam ovis
vera removeret, & ut uno expleretur
sacrificio variarum differentia victi-
marum. Ut ergo umbræ cederent cor-
pori, & cessarent imagines sub praesen-
tia veritatis, antiqua observantia novo
excluditur sacramento, hostia in hostiâ

transit sanguine sanguis auferitur; & legalis festivitas dum mutatur impletur: discubentibus enim discipulis ad edendam mysticam cœnam, cum in Caiphæ atrio tractaretur, quomodo Christus posset occidi, ille corporis & sanguinis sui ordinans sacramentum docebat, qualis Deo hostia deberet offerri: ne ab hoc quidem mysterio traditore submoto, ut ostenderetur nulla injuria exasperatus, qui in voluntaria erat impietate praescitus. Ipse enim sibi fuit materia ruina, & causa perfidiae, sequens diabolum ducem, & nolens Christum habere rectorem.

LECTIO V.

Postquam vero Judas persuasus à dabo discessit à Christo, seque à corpore Apostolica unitatis abscedit, nū Dominus pavore turbatus, sed de sola redimendorum salute solicitus, omne temporis spatiū quod à persequentiū vacabat incurſu, mysticis sermonibus sacrataeque doctrinæ, sicut Joannis Evangelio declaratur, impendit: elevans ad cœlum oculos, & pro univerfa Ecclesia supplicans Patri, ut omnes, quos dedisset, datusque esset Filio Pater, unum fierent, & in gloria Redemptoris individui permanerent; adjiciens

postremo illam orationem, qua ait:
Pater si fieri potest, transeat a me calix
iste. Nostræ utitur voce naturæ, & cau-
sam agit fragilitatis & trepidationis hu-
manæ: ut in iis, quæ toleranda sunt, & pa-
tientia roboretur, & formido pellatur.

LECTIO VI.

Denique cessans hoc ipsum petere,
excusato quodammodo nostræ
infirmitatis metu, in quo nobis remanere
non expedit, in aliud affectum transit,
& dicit: si non potest calix iste transire
a me, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.
Hæc vox capitis salus est totius corpo-
ris: hæc vox omnes fideles instruxit, om-
nes confessores accendit, omnes marty-
res coronavit. Nam quis mundi odi a,
quis temptationum turbines, quis posset
persecutorum superare terrores; nisi
Christus in omnibus & pro omnibus di-
ceret Patri: fiat voluntas tua? Discant
igitur hanc vocem omnes Ecclesia & fi-
lii magno pretio redempti, gratis justi-
ficati, & cum adversitas violentæ alicuj-
us temptationis incubuerit, præsidio po-
tentissimæ orationis utantur: ut supe-
rato tremore formidinis, accipient tole-
rantiam passionis.

LECTIO VII.

Ex Epistola prima beati
Pauli Apostoli ad Corinthios.

Hoc autem præcipio, non laudans,
quod non in melius, sed in deteri-
us convenitis. Primum quidem conve-
nientibus vobis in Ecclesiam, audio,
scissuras esse inter vos, & ex parte cre-
do. Nam oportet & hærefes esse, ut &
qui probati sunt, manifesti fiant in vo-
bis. Convenientibus ergo vobis in un-
um, jam non est Dominicam cœnam
manducare. Unusquisque enim suam
cœnam præsumit ad manducandum.
Et alius quidem esurit, alius autem eb-
rius est. Numquid domos non habetis
ad manducandum & bibendum? aut
Ecclesiam Dei contemnitis, & confun-
ditis eos, qui non habent? quid dicam
vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.

LECTIO VIII.

Filio enim accepi à Domino, quod
& tradidi vobis; quoniam Dominus
Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit
panem: & gratias agens, frègit, & dixit:
Accipite & manducate: Hoc est corpus
meum, quod pro vobis tradetur: hoc
facite in meam commemorationem.
Quotiescumque enim manducabis

panem hunc, & calicem bibetis, morte
Domini annuntiabitis, donec veniat.

LECTIO IX.

ITaque quicumque manducaverit
panem hunc, vel biberit calicem
Domini indigne, reus erit corporis
& sanguinis Domini. Probet autem
seipsum homo: & sic de pane illo edat,
& de calice bibat. Qui enim mandu-
cat, & bibit indigne, judicium sibi
manducat, & bibit non dijudicans
corpus Domini. Ideo inter vos multi
infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.
Quod si nos metipsoſos dijudicaremus,
non utique judicaremur. Dum judi-
camur autem, à Domino corripimur,
ut non cum hoc mundo damnemur.
Itaque, fratres mei, cum convenitis
ad manducandum, invicem exspec-
tate. Si quis esurit, domi manducet, ut
non in judicium conveniatis. Cætera
autem, cum venero, disponam.

IN
PARASCEVE
IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Ex Sermoni secundo S. Leonis
Papa de Passione Domini.

Dost illud impium Judæ, detestandum.
I que commercium, quo ab eo Judæis
persequentibus, mundi Redemptore est
traditus; post illas sacrilegas illusiones,
interquas usque ad locum pœnae ejus
mansuetudo perducta est; crucifixi
sunt cum eo, statutis utrimque patibu-
lis, latrones duo: quorum unus ad id
usque temporis parsimilisque consorti,
infidior viarum, & saluti hominum
semper infestus, usque ad cruxem reus,
fit Christi repente confessor: & inter
illos acerrimos corporis, animique cru-
ciatus, quos simul & instantia & difficul-
tas mortis augebat, mira conversione
mutatus, Memento, inquit, mei, Domine,
dum veneris in regnum tuum.

LECTIO V.

Quæ istam fidem exhortatio per-
suasit? Non viderat prius acta mi-
racula; & tamen Dominum confitetur
& regem, quem videt supplicii sui esse
confortem. Inde ergo oriebatur hoc

23.

donum, unde accepit fides ipsa respon-
sum. Ait enim Iesu: Amen dic tibi,
hodie mecum eris in paradi so. Excedit
humanam conditionem ista promissio;
nectam de ligno crucis, quam de thro-
no editur potestatis. Ab illa altitudine
præmium fidei datur, in qua chirogra-
phum humanæ transgressionis abole-
tur, quia se à forma servi, Dei forma non
dirimit, dum etiam inter ipsa supplicia
proprietatem unitatemque suam fer-
vavit, & Deitas inviolabilis, & natura pa-
sibilis. Adjicitur ad confirmationem
spei nostræ totius adtestatio creaturæ.
Emittente spiritum Christo, omnia ele-
menta tremuerunt.

LECTIO VI.

IN vos ergo Judæi cœlum & terra sen-
tentiam tulit vobis sol servitutem
suam diemque subtraxit, vobis famula-
tum suum elementorum ordines dene-
gaverunt: & recedente à legibus suis
ministerio creaturæ, vestra obcaçatio,
vestra est significata confusio. Vobis
enim dicentibus: Sanguis ejus super
nos, & super filios nostros: merito hoc
retributum est, ut quod vestri gene-
ris impia perdidit portio, adsequatur
hoc fidelis gentium plenitudo. Nos ergo,
dilectissimi, quibus Dominus noster

24.

Iesus Christus crucifixus, non scandala-
lum, neque stultitia, sed Dei virtus, Dei-
que sapientia est, nos, inquam, spiritale
femen Abraham, non in prole servitutis
genuit, sed in familia libertatis renati;
pro quibus in manu forti & brachio
excelsa de oppressione Ægyptiæ do-
minationis eductis, verus & immacu-
latus agnus immolatus est Christus;
amplectamur salutaris Paschæ mirabi-
le sacramentum, & ad ejus imaginem,
qui de formati nostraræ conformis fac-
tus est, reformemur.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO VII.

Ex Epistola beati Pauli
Apostoli ad Hebraeos.

Habentes Pontificem magnum, qui
penetravit cœlos Iesum Filium
Dei, teneamus confessionem. Non enim
habemus Pontificem, qui non possit
compati infirmitatibus nostris; tenta-
tum autem per omnia pro similitudi-
ne absque peccato. Adeamus ergo
cum fiducia ad thronum gratiæ: ut
misericordiam consequamur, & gratiam
inveniamus in auxilio opportuno.
Omnis namque Pontifex ex homini-
bus assūitus, pro hominibus consti-
tuitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut of-

25.

ferat dona & sacrificia pro peccatis;
qui condolere possit iis, qui ignorant,
& errant: quoniam & ipse circumdatus
est infirmitate: & propterea debet quem
admodum pro populo, ita etiam & pro
semetipso offerre pro peccatis.

LECTIO VIII.

Nec quisquam sumit sibi honorem,
sed qui vocatur à Deo tanquam
Aaron. Sic & Christus non semetipsum
clarificavit, ut Pontifex fieret: sed qui
locutus est ad eum: Filius meus es tu,
ego hodie genui te. Quemadmodum
& in alio loco dicit: Tu es Sacerdos in
& eternum secundum ordinem Melch.
ifedech. Qui in diebus carnis sua pre
ces supplicationesque ad eum, qui pos
sit illum salvum facere à morte, cum
clamore valido & lacrymis offerens,
exauditus est profusa reverentia.
Et quidem cum esset Filius Dei, didi
cit ex iis, quae passus est, obedientiam:
& consummatus, factus est omnibus
obtemperantibus sibi causa salutis
eterna, appellatus à Deo Pontifex
iuxta ordinem Melchisedech.

F Talij quidem plures facti sunt
facerdotes, idcirco quod morte
prohiberentur permanere: hic au-
tem eo quod maneat in æternum, sem-
piternum habet sacerdotium. Unde
& salvare in perpetuum potest acce-
dentes per semetipsum ad Deum: sem-
per vivens ad interpellandum pro
nobis. Talis enim decebat, ut nobis
effet Pontifex sanctus, innocens, im-
pollutus, segregatus à peccatorib,
& excelsior cœlis factus: qui non ha-
bet necessitatem quotidie, quemad-
modum facerdotes, prius profuis
delictis hostias offerre, deinde pro
populi: hocenim fecit semel, seip-
sum offerendo.

SABBATO SANCTO.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Sermo sancti Leonis Papæ.

Sermo proximus in id differendi ratione processerat, ut de illa clamantis ad Patrem crucifixi Domini voce loqueremur: ne simplex & incuriosus auditorita acciperet verba dicentis: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? tanquam fixo Jesu in crucis ligno paterna ab eo deitatis omnipotentia recessisset; cum in tantam unitatem Dei & hominis natura convenerit, ut nec supplicio potuerit dirimi, nec morte disjungi. Manente enim in sua proprietate utraque substantia, nec Deus dereliquit sui corporis passionem, nec Deum fecit caro passibilem: quia divinitas, qua erat in dolente, non erat in dolore. Ideo ergo Jesus voce magna clamabat dicens: Quare me dereliquisti? ut notum omnibus ficeret, quare opportuerit eum non erui, non defendi, sed savientium manibus derelinqui, hoc est, Salvatorem mundi fieri, & omnium hominum Redemptorem: non per misericordiam, sed per misericordiam; nec amissione auxilii, sed definitione moriendi.

co*n.*

Continuit enim se ab impiis crucifixi
potestas; & ut dispositione uteretur oc-
ulta, uti noluit virtute manifesta. Nam
qui mortem & mortis autorem sua ve-
nerat passione destruere, quomodo pec-
atores salvos ficeret, si persecutorib,
repugnaret?

LECTIO V.

Ex libro secundo S. Epiphani*ii*
Episcopi adversus Hæreses.

Divinitas omnia, quæ ad Passionis
mysterium adtinebant, perficere
decreverat, & ad inferos cum anima de-
scendere; uteos, qui antea mortui erant,
hoc est, sanctos Patriarchas in salutem
adsereret. Hoc autem idcirco fieri debu-
it, ut divinarum ab illo Scripturarum im-
plerentur oracula, quæ ab ejus Prophe-
tis de ipso proutuntiata fuerant: quo sub
hominis specie ad inferos descendens,
quæ illic erant obeunda, præstaret: at-
que ut dum inferorum princeps, & mors
captivum hominem detinere volunt, &
conjunctionem cum anima divinitatem ig-
norant, tum ipsi potius inferi caperentur;
ac mortis dominatus everteretur: & imple-
retur, quod scriptum est: Non relinques
animam meam in inferno: nec dabis
Sanctum tuum videre corruptionem.
Nam neque Dei verbum animam de-

stituit, nec illius anima apud inferos est
relicta.

LECTIO VI.

Ex Catechesi decima quarta sancti
Cyrilli Hierosolymitani Episcopi.

Christus quidem in inferna descendit
folus, pluribus vero comitatus hucre-
vectus est. Descendit namque in morte
& multa corpora Sanctorum, qui obdor-
mierant, per ipsum excitata sunt. Exter-
rita mors est, novum quemdam in infer-
num descendenter conspicata, qui hujus
loci vinculis non tenebatur. Qua de cau-
sa, o inferni janitores, eum videntes expa-
vistis? qui vos insolens occupavit timor?
Fugit mors, ejusque timiditatem fuga
illa arguebat. Accurrerunt sancti Pro-
phetæ, & Moyses legislator, & Abraham,
& Iсаac & Jacob, David quoque & Samuel,
& Hesaias, & Baptista Joannes, qui ait, &
testatur: Tu es, qui venturus es, an alium
exspectamus? Redempti sunt sancti omnes,
quos mors absorberat. Oportebat nam-
que Regem, qui prædicatus fuerat, opti-
morum præconum fieri Redemptorem.
Tum vero quilibet justorum dicebat:
Ubi est, mors, victoria tua? ubi tuus, o
inferne, stimulus? liberavit enim nos
victoriae amor.

LECTIO VII.

Ex Epistola beati Pauli
Apostoli ad Hebreos.

Christus adfistens Pontifex futu-
rorum honorum, per amplius &
perfectius tabernaculum non manu-
factum, id est, non hujus creationis: ne-
que per sanguinem hircorum aut vitu-
lorum, sed per proprium sanguinem
introivit semel in Sancta, æterna redem-
tione inventa. Si enim sanguis hircorum
& taurorum, & ciniis vitulae aspersus in-
quinatos sanctificat ad emundationem
carnis: quanto magis sanguis Christi,
qui per Spiritum sanctum se meti ipsu
obtulit immaculatum Deo, emundabit
conscientiam nostram ab operibus mor-
tuis, ad serviendum Deo viventi? Et id
eo novi testamenti mediatore est, ut morte
intercedente, in redemtionem earum
prævaricationum, quæ erant sub priori
testamento, re promissionem accipiant,
qui vocati sunt æternæ hereditatis.

LECTIO VIII.

Ubi enim testamentum est, mors ne-
cessaria est intercedat testatoris. Testa-
mentum enim in mortuis confirmatum
est: alioquin nondum valet, dum vivit,
qui testatus est. Unde nec primum qui-

dem fine sanguine dedicatum est. Lecto
enim omni mandato legis à Moysè uni-
verso populo, accipiens sanguinem vitu-
lorum & hircorum cum aqua, & lana
coccinea & hyssopo; ipsum quoque librū
& omnem populum aspersit, dicens:
Hic sanguis testamenti, quod mandavit
ad vos Deus. Etiam tabernaculum &
omnia vasa ministerii sanguine simili-
ter aspersit. Et omnia pene in sanguini
ne secundum legem mundantur: & sine
sanguinis effusione non sit remissio.

LECTIO IX.

Necessē est ergo exemplaria quidē
cœlestium his mundari: ipsa autē
cœlestia melioribus hostiis quam istis.
Non enim in manufacta Sancta Jesus
introivit, exemplaria verorum: sed in
ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui
Dei pro nobis: neque ut sape offerat se-
met ipsum, quemadmodum Pontifex in-
trat in Sancta per singulos annos in san-
guine alieno: alioquin oportebat eum
frequenter pati ab origine mundi: nunc
autem semel in consummatione seculo-
rum, ad destructionem peccati, per ho-
stiam suam apparuit. Et quemadmodū
statutum est hominibus semel mori post
hoc autem judicium: sic & Christus semel
oblatus est ad multorum exhaurienda pec-

cata; secundò sine peccato apparebit
exspectantibus se in salutem.

IN DIE SANCTO PASCHÆ.

IN NOCTURNO.

LECTIO I.

Ex libro Exodi.

Dixit Dominus ad Moysen & Aaron
in terra Ægypti: Mensis iste vobis
principium mensium: primus erit in
mensibus anni. Loquimini ad universum
cœtum filiorum Israhel, & dicite eis:
Decima die mensis hujus tollat unusquisque
agnum per familias & domos suas.
Si autem minore est numerus, ut suffi-
ce posse ad vescendum agnum, affumet
vicinum suum, qui junctus est domui sua,
juxta numerum animalium, quæ suffi-
re possunt ad eum agni.

R. latemur. Alleluja. **V.** Quæ ad patres no-
stros re promissio facta est, hanc Deus
adimplevit, resuscitans Jesum.

LECTIO II.

Fuit autem agnus absque macula,
masculus, anniculus: juxta quem
ritum tolletis & hædum. Et servabitis
eum usque ad quartamdecimam diem

mensis hujus: immolabitque eum universa multitudo filiorum Israël ad vesperam. Et sument de sanguine ejus, ac ponent super utrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Etenim carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assim igni: caputcum pedibus ejus & intestinis vorabitis. Nec remanebit quidquam ex eo usque mane: si quid residuum fuerit, igne comburetis.

R. mundi. Alleluja. **V.** Ecce Agnus Dei,
ecce qui tollit peccatum mundi.

LECTIO III.

SIc autem comedetis illum: Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter: est enim Phasē cidest transitus Domini. Et transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum terra Aegypti ab homine usque ad pecus: & in cunctis diis Aegypti faciam iudicia, ego Dominus. Erit autem sanguis vobis insignum in ædibus, in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Aegypti.

R. veritatis Alleluja. **V.** Exsurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, & justi exultent & exultent in conspectu Dei.

LECTIO IV.

Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eam solemnum Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus vestris: quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israël, à primo die usque ad diem septimum. Dies prima erit sancta, atque solemnis, & dies septima eadē festivitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his, quae ad vescendum pertinent.

R. nostra Alleluja. **V.** Jesum quaeritis Nazarenum crucifixum: surrexit; non est hic. Gloria.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO V.

Ex Sermone primo S. Leonis Papæ de Resurrectione Domini.

Resurrexio Salvatoris nec anima in inferno, nec carnem diu morsa est in sepulcro: & tam velox incorruptæ carnis vivificatio fuit, ut major ibi esset soporis similitudo, quam mortis: quoniam deitas, quæ ab utraque suscepit

hominis substantia non recessit, quod
potestate divisit, potestate conjunxit.
Subsecuta sunt itaque multa documen-
ta, quibus prædicandæ per universum
mundum fidei autoritas conderetur.
Ideo enim & clausis ad discipulos ostiis
introibat, & flatu suo dabat spiritum
sanctum, & dato intelligentiæ lumine
sanctorum Scripturarum occulta pan-
debat, & rursum idem vulnus lateris, fix-
uras clavorum & omnia recentissimæ
passionis signa monstrabat: ut agnosce-
retur in eo proprietas divinæ humanæ
que naturæ individua permanere, & ita
sciremus, Verbum non hoc esse quod car-
nem; ut unum Dei Filium, & Verbum con-
fiteremur & carnem.

R. inferni Alleluja. **V.** Ego dormivi &
soporatus sum: & exsurrexi, quia Dominus
suscepit me.

LECTIO VI.

Non diffonat, dilectissimi, ab hac fide
Magister Gentium Apostolus Paulus, cum dicit: Et si cognovimus secundū
carnem Christum, sed jam nunc non no-
vimus. Resurrectio enim Domini non fi-
nis carnis, sed commutatio fuit, nec virtu-
tis augmento consumta substantia est.
Qualitas transiit, non natura defecit: & fact-
um est corpus impassibile, quod potuit cru-

cifi gi factum est immortale, quod potuit occidi; factum est incorruptibile, quod potuit vulnerari. Et merito dicitur caro Christi in eo statu, quo fuerat nota, nesciri: quia nihil in ea passibile, nihil remansit infirmum, ut & ipsa sit per essentiam, & non sit ipsa per gloriam.

R. Dei. Alleluja. **V.** Dominus voluit conterere eum in infirmitate.

LECTIO VII.

Quid autem mirum, si hoc de corpore Christi profitetur, qui de omnibus Christianis spiritualibus dicit: Itaque nos ex hoc neminem novimus secundū carnem? Ex hoc, inquit, initium nobis factum est resurrectionis in Christo, ex quo in eo, qui pro omnibus mortuus est, totius spei nostræ forma præcessit. Non hæsitamus diffidentia, nec incerta exspetatione suspendimur, sed accepto promissionis exordio, fidei oculis, quæ sunt futura, jam cernimus: & naturæ provectione gaudentes, quod credimus, jam tenemus. Non ergo nos rerum temporalium occupent species: & mens intenta mansuris, ibi desiderium suum figat, ubi quod offeratur, æternum est.

R. resurrexit. Alleluja. **V.** Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram.

LECTIO VIII.

Ex Sermone primo ejusdem
de Ascensione.

Mors Christi multum discipulorum cor-
da turbaverat, & de supplicio crucis,
de emissione spiritus, de exanimati corpo-
ris sepultura, gravatis mæstitudine men-
tibus, quidam diffidentiæ torpor obrep-
serat. Quam utique hæsitationem huma-
na infirmitate nutantem, nequaquam
permisisset Spiritus veritatis prædicato-
rum suorum inesse pectoribus; nisi illa
trepidaflicitudo & curiosa cunctatio
nostræ fidei fundamenta jecisset. Nostris
igitur perturbationibus, nostrisque pe-
riculis in Apostolis consulebatur: nos
in illis viris contra calumnias impiorum,
& contra terrena argumenta sapientiæ
docebamus. Nos illorum instruxit ad-
spectus, nos eruditus auditus, nos confir-
mavit ad tactus. Gratias agamus divinæ
dispensationi, & sanctorum Patrum neceſ-
fariæ tarditati. Dubitatum est ab illis, ne
dubitaretur à nobis.

R. à ligno. Alleluja. V. Recordamini, quali-
ter locutus est vobis dicens: Quia oportet
Filiū hominis tradi in manus hominum
peccatorum, & die tertia resurgere. Gloria.

LECTIO IX.

Ex Epistola beati Pauli Apo-
stoli ad Colosenses.

Si mortui estis cum Christo ab elemē-
tis hujus mundi: quid adhuc tanquā
viventes in mundo decernitis? Ne tetige-
ritis, neque gustaveritis, neque contrec-
taveritis: quae sunt omnia in interitum
ipso usū, secundum præcepta & doctri-
nas hominum: quae sunt rationem qui-
dem habentia sapientiæ, in superstitione,
& humilitate, & non ad parcendum cor-
pori, non in honore aliquo ad saturita-
tem carnis.

LECTIO X.

Igitur si confurrexisti cum Christo,
quaे sursum sunt quaे rite, ubi Chri-
stus est in dextera Dei sedens: quaे sur-
sum sunt sapiente, non quaे super terram.
Mortui enim estis, & vita vestra est abscon-
dita cum Christo in Deo. Cum Christus
apparuerit, vita vestra: tunc & vos appa-
rebitis cum ipso in gloria. Mortificate
ergo membra vestra, quae sunt super ter-
ram: fornicationem, immunditiam, libidi-
nem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quae
est simulacrum servitus. Propter quaе venit
ira Dei super filios incredulitatis: in quib, &
vos ambulastis aliquando, cum viveretis in illis.

LECTIO XI.

Nunc autem deponite & vos omnia,
iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.
Nolite mentiri invicem, exsfoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus, qui creavit illum.
Ubi non est Gentilis & Judæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scytha, servus & liber: sed omnia & in omnibus Christus.
Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordia & benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes invicem & donantes vobis metipfis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos.

LECTIO XII.

Super omnia autem hæc caritatem habete, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi exsultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore: & grati estote. Verbum Christi habitat in vobis abundanter in omni sapientia, docentes, & communientes vobis metipfis in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.

IN ASCENSIONE DOMINI.

INT. NOCTURNO

LECTIO I.

Initium Libri Actuum Aposto-
lorum.

Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, qua cœpit Jesus facere, & docere usque in diem, qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assūmitus est: quibus & præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.

Reorum Alleluja. **V**. Deus clarificabit Filium hominis in semetipso, & continuo clarificabit eum.

LECTIO II.

Ft convescens præcepiteis, ab Hierosolymis ne discederent, sed exspectarent promissionem Patris, quam audistis, inquit, per os meum. Quia Joannes quem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritus sancto non post multos hos dies. Igitur qui convenerant, interrogabant eum dicentes: Domine, si in tempore hoc cresti ues regnum Israël? dixit autem eis: non est vestrum nosse tempora vel momenta, qua Pater posuit in sua po-

testate sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudea, & Samaria, & usque ad ultimum terræ.

R. sitis Alleluja. V. Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobis in æternum. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.

LECTIO III.

E Tcum haec dixisset, videntibus illis, elevatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in cœlum eum tempore illum, ecce duo viri adstiterunt juxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum eum tempore in cœlum.

R. gloriae. Alleluja. V. Venit hora, ut clarificetur Filius hominis.

LECTIO IV.

T Unc reverſi sunt Hierosolymam, à monte qui vocatur Oliveti, qui est iuxta Ierusalem, sabbati habens iter. Etcum introiſſent in cœnaculum, ascenderunt, ubi manebant Petrus & Joannes, Jacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Mathæus, Jacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Judas Jacobi. Hi omnes erant perseverantes unanimiter

in oratione cum mulieribus, & Maria Ma-
tre Jesu, & fratribus ejus.

R. Deus. Alleluja. **V.** Dominus Jesus assun-
tus est in celum, & sedet à dextris Dei.
Gloria.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO V.

Sermo sancti Leonis Papæ.

SAcramentum, dilectissimi, salutis no-
stræ, quam pretiosanguinis sui uni-
versitatis Conditor estimavit, à die cor-
poralis ortus usque ad exitum passionis
per dispensationem humilitatis impletū
est. Et licet multa etiam in forma servi di-
vinitatis signa radiaverint, proprie tamen
illius temporis actio ad demonstrandam
suscepti hominis pertinuit veritatem. Post
passionem vero, ruptis mortis vinculis,
quæ vim suam in eum, qui peccati erat ne-
scius, incedendo perdidera: infirmitas
in virtutem, mortalitas in immortalitatem,
contumelia transivit in gloriam: quam
Dominus Jesus Christus in multis mani-
festisque documentis multorum decla-
ravit adspectibus, donec triumphum victo-
ria, quem reportarat à mortuis, inferret
& cœlis.

R. regnasti. Alleluja. **V.** Exaltare super
cœlos, Deus, & super omnem terram glo-
ria tua.

SI cut ergo in solemnitate Paschali Re-surrectio Domini fuit nobis causa latandi: ita Ascensio ejus in cœlos præsen-tatum nobis est materia gaudiorum, re-colentibus illum diem, & rite veneran-tibus, quo naturæ nostræ humilitas in Christo super omnem cœli militiam, ad Dei Patris est proiecta confessum. Quo ordine operum divinorum nos sumdati, nos ædificati sumus: ut mirabilior fieret gratia Dei, cum remotis à conspectu homi-num, quæ merito reverentiam sui sentie-bantur indicere, fides non deficeret, spes non fluctuaret, caritas non tepéret. Mag-narum hic vigore est mentium, & valde fidelium lumen est animarum, incunctan-ter credere, quæ corporeo non videntur intuitu, & ibi figere desiderium, quo ne-queas inferre conspectum.

Rejus. Alleluja. **V.** Profectus est in cœlum subjectis sibi Angelis, & potestatibus, & virtutibus.

Quod itaque Redemptoris nostri con-spicuum fuit, in sacramenta transivit: & ut fides excellentior esset ac firmior, visioni doctrina successit, cuius autorita-tem supernis illuminata radius credentiū corda sequerentur. Hanc fidem Aseen-

44.
fione Domini auctam, & Spiritus sancti
mumere roboratam, non vincula, non
carceres, non exilia, non fames, non igne-
s, non laniatus ferarum, non exquisita
persequentium crudelitatibus supplicia
terruerunt. Pro hac fide per universum
mundum, non solum viri, sed etiam feminæ,
ne tantum impubes pueri, sed etiam tene-
rae virginis usque ad effusionem sui san-
guinis decertarunt.

R sedet. Alleluja. **V.** Humiliavit semetip-
sum factus obediens usque ad mortem,
mortem autem crucis, propter quod &
Deus exaltavit illum.

LECTIO VIII.

Hæc fides dæmonia ejecit, ægritu-
dines depulit, mortuos suscitavit.
Unde & ipsi beati Apostoli, qui tot mira-
culis confirmati, tot sermonibus eruditæ,
atrocitatem tamen Dominicæ passionis ex-
paverant, & veritatem resurrectionis ejus
non sine hæsitatione suscepérant, tantum
de Ascensione Domini profecerunt, ut
quidquid illis prius intulerat metum, ver-
teretur in gaudium. Totam enim contem-
plationem animi in divinitatem ad Patris
dexteram confidentis crexerant, nec iam
corporeæ visionis tardabantur objectum,
quominus in id aciem mentis intenderent,
quod nec à Patre descendendo abfuerat,

nec à discipulis ascendendo discesserat.^{45.}

R. æternum. Alleluja. V. Pontifex ultra
velum intrabit in Sancta, ut roget pro
universo cœtu Israel. Gloria.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IX.

Ex Epistola beati Pauli
Apostoli ad Ephesios.

IN Christo habemus redemtionem
per sanguinem ejus, remissionem pec-
catorum secundum divitias gratiæ ejus,
quaæ superabundavit in nobis, in omni sa-
pientia & prudentia: ut notum faceret
nobis sacramentum voluntatis suæ, se-
cundum beneplacitum ejus, quod pro-
posuit in eo, in dispensatione plenitudi-
nis temporum, instaurare omnia in Chri-
sto, quaæ in cœlis, & quaæ in terra sunt, in ipso:
in quo etiam & nos forte vocati sumus præ-
destinati secundum propositum ejus,
qui operatur omnia secundum consilium
voluntatis suæ; ut simus in laudem glo-
riæ ejus nos, qui antè speravimus in Chri-
sto: in quo & vos, cum audissetis verbum
veritatis, Evangelium salutis vestrae, in
quo & credentes signati estis Spiritu pro-
missionis sancto, qui est pignus heredita-
tis nostræ, in redemtionem acquisitionis,
in laudem gloriae ipsius.

Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Domino Jesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis: ut Deus, Dominus nostri Jesu Christi Pater gloriae, det vobis spiritum sapientiae & revelationis, in agnitione ejus: illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis, quæ sit spes vocationis ejus, & quæ divitiae gloriae hereditatis ejus in sanctis, & quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus secundum operationem potentiae virtutis ejus, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constitutus ad dexteram suam in cœlestib, supra omnem principatum & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et omnia subjecit sub pedibus ejus: & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.

Etvos cum essetis mortui delictis, & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi hujus, secundum principem potestatis

aeris hujus spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiae, in quibus & nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostrae, facientes voluntatem carnis, & cogitationum, & eramus natura filii irae, sicut & ceteri: Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo, cuius gratia estis salvati, & conresuscitavit, & confedere fecit in caelestibus in Christo Jesu: ut ostenderet in seculis supervenientibus abundantes divitias gratiae suae in bonitate supernos in Christo Jesu.

LECTIO XII.

UNUS corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dixit: Ascendens in altum captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrae? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos, ut impleret omnia.

IN DIE SANCTO PENTECOSTES.

INT. NOCTURNO

LECTIO I.

Ex Libro Deuteronomii.

Vocavit Moyses omnem Israelem, & dixit ad eum: Audi, Israël, ceremonias atque iudicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, & opere complete. Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus in Horeb. Non cū patribus nostris iniit pactum, sed nobiscum, qui in præsentiarum sumus, & vivim⁹. Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. Ego sequester & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo, ut annuntiarem vobis verba ejus. Timistis enim ignem, & non ascendistis in montem, & ait: Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis. Non habebis Deos alienos in conpectu meo.

LECTIO II.

Hec verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte, de medio ignis & nubis & caliginis, voce magna, nihil addens amplius: & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi. Vos autem postquam audistis

vocem de medio tenebrarum, & montem
ardere vidisti, accessisti ad me omnes prin-
cipes tribuum, & maiores natu, atque dixi-
stis: Ecce ostendit nobis Dominus Deus no-
ster majestatem & magnitudinem suam: vo-
cem ejus audivimus de medio ignis, & pro-
bavimus hodie, quod loquente Deo cum
homine, vixerit homo. Cur ergo mori-
emur, & devorabit nos ignis hic maximus?
Si enim audierimus ultra vocem Domini
Dei nostri, moriemur. Quid est omnis
caro, ut audiat vocem Dei viventis, qui
de medio ignis loquitur, sicut nos audi-
vimus, & possit vivere? Tu magis accede:
& audi cuncta, quæ dixerit Dominus Deus
noster tibi: loquerisque ad nos, & nos au-
dientes faciemus ea.

LECTIO III.

Septem hebdomadas numerabis tibi
ab ea die, qua falcem in segetem misse-
ris, & celebrabis diem festum Hebdoma-
darum Domino Deo tuo, oblationem spō-
taneam manus tuæ, quam offeres juxta
benedictionem Domini Dei tui: & epu-
laberis coram Domino Deo tuo, tu, filius
tuus, & filia tua, servus tuus, & ancilla tua,
& levites, qui est intra portas tuas, advena-
ac pupillus & vidua, qui morantur vobis-
cum: in loco quem elegerit Dominus De-
tuus, ut habitet nomen ejus ibi: & recordā-

50.

beris, quoniam servus fueris in Egypto:
custodiesque, ac facies, quæ præcepta sunt.

LECTIO IV.

Ex Actibus Apostolorum.

Cum complerentur dies Pentecostes,
erant omnes pariter in eodem loco:
& factus est repente de cœlo sonus, tan-
quam advenientis spiritus vehementis,
& replevit totam domum, ubi erant seden-
tes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguae
tanquam ignis, sed itque supra singulos
corum: & repleti sunt omnes Spiritu sanc-
to, & cœperunt loqui, prout Spiritus sanct,
dabat eloqui illis. Erant autem in Ierusalē
habitantes judæi, viri religiosi ex omni
natione, quæ sub cœlo est. Facta autem
hac voce, convénit multitudo, & mente
confusa est, quoniam audiebat unus
quisque linguæ sua illos loquentes.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO V.

Sermo sancti Leonis Papæ.

A illo die, quo Dominus super omnē
cœlorum altitudinem ad dexteram
Dei Patris confessurus ascendit, decimus
iste est, qui ab ejusdem Resurrectione
quinquagesimus nobis in eo, à quo cœpit,
illuxit, magna mysteria in se & veterum sa-
cramentorum continens & novorum: qui-
bus manifestissime declaratur, & gratiam

prænunciatam fuisse per legem, & legem
impletam esse per gratiam. Sicut enim He-
bræo quondam populo ab Ægyptiis libe-
rato, quinquagesimo die post immolationē
agni sex data est in monte Sina: ita post pas-
sionem Domini, qua verus Dei Agnus oc-
citus est, quinquagesimo à resurrectione
ipsius die in Apostolos plebemque cre-
dentium Spiritus sanctus illapsus est: ut
facile diligens Christianus agnoscat initia
veteris Testamenti Evangelicis ministrasse
principiis, & ab eodem spiritu conditum fæ-
dus secundum, à quo primum fuerat insti-
tutum.

LECTIO VI.

Repleti sunt omnes Spiritu sancto, &
cæperunt loqui aliis linguis, prout
Spiritus sanctus dabat eloqui illis. O quam
velox est sermo sapientiæ, & ubi Deus ma-
gister est, quām cito discitur, quod docetur.
Non est adhibita interpretatio ad audien-
dum, non confuetudo ad usum, non tem-
pus ad studium, sed spirante, ubi voluit,
Spiritu veritatis, propriæ singularum
Gentium voces, factæ sunt in Ecclesiæ
ore communes. Ab hoc igitur die tuba
Evangelicæ prædicationis intonuit, ab
hoc die imbre charismatum, flumina
benedictionum, omne desertum & uni-
versam aridam rigaverunt: quoniam

52.

ad renovandam faciem terræ Spiritus
Dei ferebatur super aquas: & ad veteres
tenebras abigendas, novæ lucis fulgura
coruscabant, cum micantium splendore
linguarum, & verbum Domini lucidum,
& eloquium conciperetur ignitum, cui
ad creandum intellectum, consumen-
dumque peccatum, & efficacia illumi-
nandi, & vis ineffectu rendi.

LECTIO VII.

Ex Sermone centesimo quinqua-
gesimo sexto S. Augustini Epi-
scopi de verbis Apostoli.

Forte dicturi eratis: & lex sufficit nobis.
Lex timorem dedit: & videte, quid hinc
subiunxit Apostolus, cum diceret: Quot-
quot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii
sunt Dei: quia cum Spiritu Dei aguntur,
caritate aguntur: caritas enim Dei diffusa
est in cordibus nostris per Spiritum sanctum
qui datus est nobis: secutus adjunxit: Non
enim accepistis spiritum servitutis iterum
in timore. Idem ergo spiritus, sed in tabulis
lapideis in timore, in tabulis cordis, in di-
lectione.

LECTIO VIII.

I Am ergo non in timore, sed in dilecti-
one; ut non servi, sed filii simus. Qui
enim adhuc ideo bene agit, quia poenam
timet, Deum non amat, nondum est inter

filios. Utinam tamen vel pœnam timeat.^{53.}
Timor servus est, caritas libera est; & ut
sic dicam, timor est servus caritatis. Ne pos-
sideat diabolus cor tuum, præcedat servus
in corde tuo, & servet dominæ venturæ lo-
cum. Fac fac vel timore pœnae, si nondum
potes amore justitiae. Veniet domina, &
servus abscedet: quia consummata cari-
tas foras mittit timorem. Non enim accepi-
tis spiritum servitutis iterum in timore:
Novum testamentum est, non vetus. Vete-
ra transierunt, & ecce nova facta sunt om-
nia: omnia autem ex Deo.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IX.

Ex Epistola beati Pauli Apo-
stoli ad Romanos.

NIhil numc damnationis est iis, qui sunt
in Christo Jesu, qui non secundum car-
nem ambulant. Lex enim Spiritus vita
in Christo Jesu liberavit me à lege peccati
& mortis. Nam quod impossibile erat legi,
in quo infirmabatur per carnem: Deus Fi-
lium suum mittens in similitudinem carnis
peccati, & de peccato damnavit peccatum in
carne, ut justificatio legis impleretur in no-
bis, qui non secundum carnem ambulam,
sed secundum spiritum. Qui enim secundum
carnem sunt: quæ carnis sunt, sapient, qui vero
secundū spiritū sunt: quæ sunt spiritus sentiunt.

LECTIO X.

Nam prudentia carnis mors est: prudenter autem spiritus vita & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subjecta, nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est Jesus. Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter justificationem. Quod si Spiritus ejus, qui suscitavit Iesum a mortuis, habitat in vobis: qui suscitavit Iesum Christum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.

LECTIO XI.

Frgo fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba, Pater. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & conglorificemur.

LECTIO XII.

Scimus enim quod omnis creatura in gemiscit, & parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primi tias spiritus habentes; & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei exspectantes, redēptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus; per patientiam expectamus. Similiter autem & Spiritus adjuvat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inerrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit, quid desideret Spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis.

INFESTO CORPORIS CHRISTI.

INT. NOCTURNO.

LECTIO I.

Ex Libro Exodi.

Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Audivi murmurationes filiorum Israhel, loquere adeos: Vespere comedetis carnes, & mane saturabitimini panibus: scilicetisque, quod ego sum Dominus Deus vester. Factum est ergo vespere, & ascendens conturnix cooperuit castra: mane quoque ros jacuit per circuitum castrorum. Cumque operuisset superficiem terrae, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilotus, in similitudinem pruinae super terram. Quod cum vidissent filii Israhel, dixerunt ad invicem: Manhu? quod significat: quid est hoc? ignorabant enim, quid esset. Quibus ait Moyses: Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad descendum.

LECTIO II.

Dixit autem Moyses: Iste est sermo, quem præcepit Dominus: Implego more ex eo, & custodiatur in futuras retro generationes: ut noverint panem, quo alius vos in solitudine, quando educti estis de terra Ægypti. Dixitque Moyses ad

Aaron: Sume vas unum, & mitte ibi man, quan-
tum potest capere gomor, & repone coram Do-
mino ad servandum in generationes vestras,
sicut præcepit Dominus Moysi. Posuitque illud
Aaron in tabernaculo reservandum. Filii autem
Israel comederunt man quadraginta annis,
donec venirent in terram habitabilem:
hoccibo aliti sunt, usquequo tangerent
fines terra Chanaan.

57.

LECTIO III.

VEnit Moyses, & narravit plebi omnia
verba Domini, atque judicia: respon-
ditque omnis populus una voce: omnia ver-
ba Domini, quæ locutus est, faciemus.
Scripsit autem Moyses universos sermones
Domini: & mane consurgens adificavit altare
ad radices montis, & duodecim titulos per
duodecim tribus Israel. Misitque juve-
nes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta,
immolaveruntque victimas pacificas Do-
mino, vitulos. Tulit itaque Moyses dimidi-
am partem sanguinis, & misit in crateras:
partem autem residuam fudit super altare.
Assumensque volumen fœderis, legit au-
diente populo: quidixerunt: omnia quæ
locutus est Dominus, faciemus, & erimus
obedientes. Ille vero sumtum sanguinem
respersit in populum, & ait: Hic est sanguis
fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum
super cunctis sermonibus his.

LECTIO IV.

Ex libro tertio Regum.
Flias venit in Bersabee Juda, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum, viam unius diei. Cumque venisset, & federet subter unam juniperum, petivit animæ suæ, ut moreretur, & ait: Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam: neque enim melior sum, quam patres mei. Projectus est, & obdormivit in umbra juniperi: & ecce Angelus Domini tetigiteum, & dixit illi: Surge, & comedere. Respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergo, & bibit, & rursum obdormivit. Reversusque est Angelus Domini secundò, & tetigit eum, dixitque illi: Surge, comedere: grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit, & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus usque ad montem Dei Horeb.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO V.

Ex Catechesi Mystagogica quarta
 S. Cyrilli Hierosolymitani Episcopi
 de Corpore & Sanguine Christi.
Fgo enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis. Vel hæc sola beati Pauli institutio abunde sufficiens est, ut certam vobis de divinis mysteriis fidem faciat:

quibus digni habiti, concorporei & confangues Christi facti estis. Ille enim modo clamabat: Quod in ea nocte, qua tradebatur Dominus noster Jesus Christus, sumto pane & gratiis actis, fregit, & dedit suis discipulis dicens: Accipite, manducate; Hoc est corpus meum. Et sumto calice, ac gratiis actis, dixit: Accipite, bibite; Hic est sanguis meus. Cum igitur ipse pronuntiaverit, & dixerit de pane, Hoce est corpus meū, quis audet deinceps ambigere? Etcum ipse ad severaverit & dixerit, Hic meus est sanguis; quis unquam dubitaverit, a jens non esse ejus sanguinem?

LECTIO VI.

AQuam olim in vinum quod sanguini affine est, in Cana Galilææ transmutavit: & eum parum dignum existimabimus, cui credamus, cum vinum in sanguinem transmutavit? Quare cum omni persuasione tanquam Corpus & Sanguinem Christi illa sumamus. Nam in figura panis datur tibi Corpus, & in figura vini datur tibi Sanguis; ut cum sumferis corpus & sanguinem Christi, concorporeus & consanguinis ipsi efficiaris. Sic & enim Christiferi efficiimur, distributo in membra nostra Corpore ejus & Sanguine. Sic iuxta beatum Petrum divisa simus confortes naturæ.

Olim Christus cum Iudeis differe-
rens aiebat: Nisi manducaveritis
meam carnem, & bibetis meum sangu-
inem, non habetis vitam in vobis ipsis.
Cum autem illi ea, quæ dicebantur, non
spiritualiter accepissent, offensi abier-
unt retro, existimantes quod eos ad man-
ducandas carnes hortaretur. Erant &
in antiquo fôdere panes propositionis: ve-
rum illi cum ad vetus testamentum adtine-
rent, finem acceperunt. In novo vero testa-
mento, panis est cœlestis & poculum salu-
taris, animam & corpus sanctificantia.
Quemadmodum enim panis corpori con-
veniens est, ita & verbum animæ confen-
taneum.

Quamobrem ne tanquam nudis & com-
munibus elementis pani & vino eu-
charisticis adtende. Suntemus Corpus
& Sanguis Christi, secundum Domini ad-
severationem. Nam etiamsi illud tibi sugge-
rat sensus, fides tamen te certum & firmum
efficiat. Ne judices rem ex gusto; sed
ex fide citra ullam dubitationem certus
estote Corporis & Sanguinis Christi do-
no dignatum fuisse: isthac edoctus, &
certissima imbutus fide, quod qui vide-
tur panis, panis non est, tametsi gusto.

61.

sensibilis sit, sed Corpus Christi; & quod
videtur vinum, vinum non est, etiam si ita
gustui videatur, sed Sanguis Christi.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IX.

Ex Epistola prima B. Pauli
Apostoli ad Corinthios.

Nolo vos ignorare, fratres, quoniam
patres nostri omnes sub nube fue-
runt, & omnes mare transierunt, & omnes
in Moysè baptizati sunt in nube, & in mari:
& omnes eamdem escam spiritalem man-
ducaverunt, & omnes eumdem potum
spiritalem biberunt: bibeant autem
despiritali, consequente eos, petra; petra
autem erat Christus. Sed non in pluribus
eorum beneplacitum est Deo: nam prostra-
ti sunt in deserto. Hæc autem in figura
facta sunt nostri, ut non simus concupis-
centes malorum, sicut & illi concupierunt.

LECTIO X.

Propter quod, carissimi mihi, fugite ab
idolorum cultura: ut prudentibus lo-
quor, vos ipsi judicate, quod dico. Calix
benedictionis, cui benedicimus, nonne
communicatio Sanguinis Christi est? &
panis, quem frangimus, nonne participatio
Corporis Domini est? Quoniam unus panis,
unum corpus multi sumus, omnes, qui de uno
pane participamus. Videte Israel secundum

carnem: nonne qui edunt hostias, participes
sunt altaris? Quid ergo? dico quod idolis im-
molatum sit aliquid? aut quod idolum sit
aliquid? Sed quae immolant gentes, dæmo-
niis immolant, & non Deo. Nolo autem vos
focios fieri dæmoniorum: non potestis ca-
licem Domini bibere, & calicem dæmonio-
rum: non potestis mensæ Domini parti-
cipes esse, & mensæ dæmoniorum.

LECTIO XI.

Fo enim accepi à Domino, quod &
tradidi vobis, quoniam Dominus
Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit
panem, & gratias agens fregit, & dixit:
Accipite & manducate: Hoc est corpus
meum, quod pro vobis tradetur: hoc fa-
cite in meam commemorationem. Simi-
liter & calicem, postquam cœnavit, di-
cens: Hic calix novum testamentum est
in meo sanguine: hoc facite, quotiescum-
que bibetis in meam commemorationē.
Quotiescumque enim manducabitis
panem hunc, & calicem bibetis: morte
Domini annuntiabitis, donec veniat.
Itaque quicumque manducaverit
panem hunc, vel biberit calicem Domi-
ni indigne: reus erit corporis & sangu-
nis Domini.

Probet autem seipsum homo: & sic
de pane illo edat, & de calice bibat.
Qui enim manducat, & bibit indignè, ju-
dicium sibi manducat & bibit, non diju-
dicans corpus Domini. Ideo inter vos
multi infirmi & imbecilles, & dormiunt
multi. Quod si nosmetipsoſ dijudicare-
mus, non utique judicaremur. Dum ju-
dicamur autem, à Domino corripimur,
ut non cum hoc mundo damnemur.

INFESTO
DEDICATIONIS ECCLESIAE.
INT. NOCTURNO.
LECTIO I.
Ex Libro secundo Parali
pomenon.

Cum complefset Salomon fundens
preces ignis descendit de celo, & de-
voravit holocausta & victimas: & majes-
tas Domini implevit domum. Nec poterant
sacerdotes ingredi templum Domini, eo
quod implefset majestas Domini templū
Domini. Sed & omnes filii Israel videbant
descendentem ignem, & gloriam Domini
super dominum: & corruentes proni in ter-
ram super pavimentum stratum lapide ad-
oraverunt, & laudaverunt Dominum: quo-
niam bonus, quoniam in seculum miseri-
cordia ejus. Rex autem & omnis populus
immolabant victimas coram Domino.

LECTIO II.

Sacerdotes autem stabant in officiis
suis, & Levitæ in organis carminum
Domini, quæ fecit David rex ad laudan-
dum Dominum: quoniam in æternum
misericordia ejus, hymnos David canen-
tes per manus suas; porro sacerdotes ca-
nebant tubis ante eos, cunctusque Israel
stabat. Sanctificavit quoque Salomon me-

IN FESTO DEDICATIONIS ECCLESIAE.

IN I. NOCTURNO.

Ex Libro secundo Paralipomenon.

Lectio I.

Cum complefset Salomon fundens preces, ignis descendit de cœlo, & devoravit holocausta & victimas: & maiestas Domini implevit domum. Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini, eo quod implefset maiestas Domini templum Domini. Sed & omnes filii Israel videbant descendenter ignem, & gloriam Domini super domum: & corruentes proni in terram super pavimentum stratum lapide adoraverunt, & laudaverunt Dominum: Quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Rex autem & omnis populus immolabant victimas coram Domino.

Lectio II.

Sacerdotes autem stabant in officiis suis; & Levitæ in organis carminum Domini, quæ fecit David rex ad laudandum Dominum: Quoniam in æternum misericordia eius, hymnos David canentes per manus suas: porro sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctus que Israel stabat. Sanctificavit Salomon medium atrii ante templum Domini: obtulerat enim ibi holocausta & adipes pa-

ciforum: quia altare æneum, quod fecerat, non poterat sustinere holocausta, & sacrificia, & adipes. Fecit ergo Salomon solemnitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo, ecclesia magna valde, ab introitu Emath usque ad Torrentem Ægypti: fecitque die octavo collectam.

Lectio III.

Apparuit autem ei Dominus noster, & ait: Audivi orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificii. Si clausero cœlum, & pluvia non fluxerit, & mandavero & præcepero locustæ, ut devoret terram, & misero pestilentiam in populum meum: conversus autem populus meus, super quos invocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit poenitentiam a viis suis pessimis: & ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco isto oraverit. Elegi enim & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.

Lectio IV.

Lectio IV.

Tu quoque si ambulaveris coram me, sicut ambulavit David pater tuus, & feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi, & iusticias meas iudiciaque servaveris, suscitabo thronum regni tui, sicut pollicitus sum David patri tuo, dicens: Non auferetur de stirpe tua vir, qui sit princeps in Israel. Si autem aversi fueritis, & dereliqueritis iusticias meas, & præcepta mea, quæ proposui vobis, & abeuntes servieritis diis alienis, & adoraveritis eos, evellam vos de terra mea, quam dedi vobis: & domum hanc, quam sanctificavi nomini meo, proiiciam a facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis.

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Augustini Episcopi.

Lectio V.

Celebritas huius congregationis, Dedicatio est domus orationis. Domus ergo nostrarum orationum ista est, domus Dei nos ipsi. Si domus Dei nos ipsi, nos in hoc seculo ædificamur, ut in fine seculi dedicemur. Ædificium, immo ædificatio habet laborem, Dedicatio exultationem. Quod hic fiebat, quando ista surgebant, hoc fit modo cum congregantur credentes in Christum. Creden-

do enim quasi de silvis & montibus ligna & lapides præciduntur: cum vero catechizantur, baptizantur, formantur, tanquam inter manus fabrorum & opificum dolantur, collineantur, complanantur.

Lectio VI.

Verumtamen domum Domini non faciunt, nisi quando charitate compaginantur. Ligna ista & lapides, si non sibi certo ordine cohærerent, si non se pacifice innecterent, si non se invicem, cohærendo sibi, quodammodo amarent; nemo huc intraret. Denique quando vides in aliqua fabrica lapides & ligna bene sibi cohærere, securus intras, ruinam non times. Volens ergo Dominus Christus intrare, & in nobis habitare, tanquam ædificando dicebat: Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis. Mandatum, inquit, novum do vobis. Veteres enim eratis, dominum mihi nondum faciebatis, in vestra ruina iacebatis. Ergo ut eruamini de vestræ ruinæ vetustate, vos invicem amate.

Ex Libro decimo eiusdem de Civitate Dei.

Lectio VII.

Dei templum simul omnes, & singuli templo sumus; quia & omnium concordiam, & sinceren-

gulos inhabitare dignatur: non

in omnibus quam in singulis maiori; quoniam nec mole distenditur, nec partitione minuitur. Cum ad illum sursum est, eius est altare cor nostrum: eius Unigenito eum sacerdote placamus: ei cruentas victimas cædimus, quando usque ad sanguinem pro eius veritate certamus: ei suavissimum adolemus incensum, cum in eius conspectu pio sanctoque amore flagramus: ei dona eius in nobis, nosque ipsos vovemus, & reddimus: ei beneficiorum eius solemnitatibus festis & diebus statutis dicamus sacramusque memoriam, ne volumine temporum ingrata subrepat oblivio: ei sacrificamus hostiam humilitatis & laudis in ara cordis igne fervidæ charitatis.

Lectio VIII.

Ad hunc videndum, sicut videri potest, eique cohærendum, ab omni peccatorum & cupidatum malarum labe mundamur, & eius nomine consecramur. Ipse enim fons nostræ beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis. Hunc eligentes, vel potius religentes, amiseramus enim negligentes: hunc ergo religentes, unde & religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus, ut perveniendo quiescamus: ideo beati, quia illo fine perfecti. Ut enim homo sese diligere nosset, constitutus est ei finis, quo referret omnia quæ ageret, ut beatus esset.

Non enim qui se diligit, aliud esse vult quam beatus. Hic autem fidit, nec partitione minuitur. Dei cultus, hæc vera religio, hæc recta pietas, hæc tantum Deo debita servitus.

IN III. NOCTURNO.

Ex Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio IX.

Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat, Deus. Qui autem plantat, & qui rigat unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui: alias autem superædificat. Unusquisque autem videat quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est quod est Christus Iesus.

Lectio X.

Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam: uniuscunia quæ ageret, ut beatus esset. Iusque opus manifestum erit: dies enim

enim Domini declarabit, quia in
ve vita, sive mors, sive præsen-
tia, sive futura: omnia enim ve-
que opus quale sit, ignis proba-
bit. Si cuius opus manserit quod
superaedificavit, mercedem acci-
piet. Si cuius opus arserit, detri-
mentum patietur: ipse autem sal-
vus erit; sic tamen quasi per ig-
nem. Nescitis quia Templum
Dei estis, & Spiritus Dei habitat
in vobis? Si quis autem templum
Dei violaverit, disperdet illum
Deus. Templum enim Dei san-
ctum est, quod estis vos.

Lectio XI.

Nemo se seducat: si quis vide-
tur inter vos sapiens esse in
hoc seculo, stultus fiat, ut sit sa-
piens. Sapientia enim huius mun-
di, stultitia est apud Deum. Scri-
ptum est enim: Comprehendam
sapientes in astutia eorum. Et
iterum: Dominus novit cogita-
tiones sapientium, quoniam va-
næ sunt. Nemo itaque glorietur
in hominibus. Omnia enim ve-
stra sunt, sive Paulus, sive Apol-
lo, sive Cephas, sive mundus, si-

ve vita, sive mors, sive præsen-
tia, sive futura: omnia enim ve-
que opus quale sit, ignis proba-
bit. Si cuius opus manserit quod
superaedificavit, mercedem acci-
piet. Si cuius opus arserit, detri-
mentum patietur: ipse autem sal-
vus erit; sic tamen quasi per ig-
nem. Nescitis quia Templum
Dei estis, & Spiritus Dei habitat
in vobis? Si quis autem templum
Dei violaverit, disperdet illum
Deus. Templum enim Dei san-
ctum est, quod estis vos.

Ex Epistola secunda eiusdem
ad eosdem.

Lectio XII.

Nolite iugum ducere cum infi-
delibus. Quæ enim participa-
tio iustitiæ cum iniuitate? Aut
quæ societas luci ad tenebras?
Quæ autem conventio Christi ad
Belial? Aut quæ pars fideli cum
infideli? Qui autem consensus
templo Dei cum idolis? Vos e-
nim estis templum Dei vivi sicut
dicit Deus: Quoniam inhabitabo
in illis, & inambulabo inter eos,
& ero illorum Deus, & ipsi erunt
mihi populus. Propter quod exi-
te de medio eorum, & separami-
ni, dicit Dominus, & immuni-
tatem ne tetigeritis: & ego reci-
piam vos; & ero vobis in pa-
trem, & vos eritis mihi in filios,
& filias, dicit Dominus omnipo-
tens.



65.

dium atrii ante templum Domini: ob-
tulerat enim ibi holocausta & adipes
pacificorum: quia altare æneum, quod
fecerat, non poterat sustinere holocau-
sta, & sacrificia, & adipes. Fecit ergo
Salomon solemnitatem in tempore illo
septem diebus, & omnis Israel cum eo,
ecclesia magna valde, ab introitu Em-
ath usque ad Torrentem Ægypti: fe-
citque die octavo collectam.

LECTIO III.

Aparuit autem ei Dominus nocte,
& ait: Audivi orationem tuam, & ele-
gi locum istum mihi in domum sacrifi-
cii. Si clausero cælum, & pluvia non flux-
erit, & mandavero, & præcepero locusta,
ut devoret terram, & misero pestilentia
in populum meum: conversus autem
populus meus, super quos invocatum
est nomen meum, deprecatus me fuerit,
& exquisierit faciem meam, & egerit pa-
nitentiam à viis suis pessimis: & ego ex-
audiām de cœlo, & propitius ero pecca-
tis eorum, & sanabo terram eorum. Ocu-
li quoque mei erunt aperti, & aures meæ
erectæ ad orationem ejus, qui in loco isto
oraverit. Elegi enim & sanctificavi locum
istum, ut sit nomen meum ibi in sempiter-
num, & permaneant oculi mei, & cor
meum ibi cunctis diebus.

LECTIO IV.

Tu quoque, si ambulaveris coram
me, sicut ambulavit David pater tu,
& feceris iuxta omnia, quæ præcepi tibi,
& iusticias meas, judiciaque servaveris,
suscitabo thronum regni tui sicut polli-
citus sum David patri tuo, dicens: Non
auferetur de stirpe tua vir, quis sit prin-
ceps in Israel. Si autem aversi fueritis,
& dereliqueritis iusticias meas, & præcep-
ta mea, quæ proposui vobis, & abeuntes
servieritis diis alienis, & adoraveritis
eos, evellam vos de terra mea, quam de-
di vobis: & domum hanc, quam sanctifi-
cavi nomini meo, projiciam à facie mea,
& tradam eam in parabolam, & in exem-
plum cunctis gentibus.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO V.

Sermo S. Augustini Episcopi.

Celebritas hujus congregationis
Dedicatio est domus orationis.
Domus ergo nostrarum orationum ista
est, domus Dei nos ipsi. Si domus Dei nos
ipsi, nos in hoc seculo ædificamur, ut in
fine seculi dedicemur. Ædificium, imò
ædificatio habet laborem, Dedicatio exful-
tationem. Quod hic fiebat, quando ista sur-
gebant, hoc fit modo, cum congregantur

credentes in Christum. Credendo enim
quasi de silvis & montibus ligna & lapides
praeciduntur: cum vero catechizantur, bap-
tizantur, formantur, tanquam inter manus
fabrorum & opificum dolantur, colline-
antur, complanantur.

LECTIO VI.

Verum tamen domum Domini non
faciunt, nisi quando caritate com-
paginantur. Ligna ista & lapides, si non
sibi certo ordine cohaererent, si non se
pacifice innecterent, si non se invicem, co-
haerendo sibi, quodammodo amarent;
nemo huc intraret. Denique quando vi-
des in aliqua fabrica lapides & ligna be-
ne sibi cohaerere, securus intras, ruinam
non times. Volens ergo Dominus Christ,
intrare, & in nobis habitare, tanquam ædi-
ficando dicebat: Mandatum novum do vo-
bis, ut vos invicem diligatis. Mandatum in-
quit, novum do vobis. Veteres enim eratis,
domum mihi nondum faciebatis, in vestra
ruina jacebatis. Ergo ut eruamini de ve-
stra ruina vetustate, vos invicem amate.

LECTIO VII.

Ex Libro decimo ejusdem
de Civitate Dei.

DE templum simul omnes, & singuli
templa sumus; quia & omnium con-

cordiam, & singulos inhabitare dignatur:
non in omnibus quam in singulis major; quo-
niam nec mole distenditur, nec partitione
minuitur. Cum ad illum sursum est, ejus est
altare cor nostrum: ejus Unigenito eum fa-
cerdote placamus: ei cruentas victimas
cadimus, quando usque ad sanguinem pro
ejus veritate certamus: ei suavissimum ado-
lementus incensum, cum in ejus conspectu pio
sanctoque amore flagramus: ei dona ejus
in nobis, nosque ipsos vovemus, & reddimus:
ei beneficiorum ejus solemnitatibus, festis, &
diebus statutis dicamus sacramusque me-
moriā, ne volumine temporum ingra-
ta subrepat oblivio: ei sacrificamus hostiā
humilitatis & laudis in ara cordis igne
fervida & caritatis.

LECTIO VIII.

AD hunc videndum, sicut videri po-
test, eique cohærendum, ab omni
peccatorum & cupiditatum malarum la-
be mundamur, & ejus nomine consecra-
mur. Ipse enim fons nostra beatitudinis, ip-
se omnis appetitionis est finis. Hunc eligen-
tes, vel potius religentes, amiseramus enim
negligentes: hunc ergo religentes, unde
& religio dicta perhibetur, ad eum dilec-
tione tendimus, ut perveniendo quiescamus:
ideo beati, quia illo fine perfecti. Ut enim ho-
mos se diligere nosset, constitutus est ei finis,

quo referret omnia, quæ ageret, ut beatus
esset. Non enim quis se diligit, aliud esse vult,
quam beatus. Hic autem finis est adhaerere
Deo. Hic est Dei cultus, hæc vera religio,
hæc recta pietas, hæc tantum Deo debita
servitus.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IX.

Ex Epistola prima B. Pauli
Apostoli ad Corinthios.

Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus
incrementum dedit. Itaque neque qui
plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui
incrementum dat Deus. Qui autem plantat,
& qui rigat, unum sunt. Unusquisque autem
propriam mercedem accipiet secundum
suum laborem. Dei enim sumus adjuto-
res: Dei agricultura estis, Dei ædificatio
estis. Secundum gratiam Dei, quæ data
est mihi, ut sapiens architectus fundame-
tum posui: alius autem superædificat. Un-
usquisque autem videat, quomodo super-
ædificet. Fundamentum enim aliud nemo
potest ponere, præter id quod positum est,
quod est Christus Jesus.

LECTIO X.

Si quis autem superædificat super fun-
damentum hoc, aurum, argentum, la-
pides pretiosos, ligna, fenum, stipulam: uni-
usquisque opus manifestum erit: dies enim

Domini declarabit, quia in igne revelabitur; & tuius cuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod super eradicavit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem salvus erit; sic tamen quasi per ignem. Nescitis quia Templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Temple enim Dei sanctum est, quod estis vos.

LECTIO XI.

Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim hujus mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum: Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt. Nemo itaque glorietur in hominibus. Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura: omnia enim vestra sunt; vos autem Christi; Christus autem Dei.

LECTIO XII.

Ex Epistola secunda ejusdem
ad eosdem.

Nolite jugum ducere cum infide-
libus. Quæ enim participatio ju-
stitia & cum iniuitate? Aut quæ societas
luci ad tenebras? Quæ autem conventio
Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli
cum infideli? Qui autem consensus tem-
plo Dei cum idolis? vos enim estis tem-
plum Dei vivi, sicut dicit Deus: quoniam
inhabitabo in illis, & in ambulabo inter
eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt
mihi populus. Propter quod exite
de medio eorum, & separamini, dicit
Dominus, & immundum ne tetigeritis:
& ego recipiam vos; & ero vobis in pa-
trem, & vos eritis mihi in filios & filias,
dicit Dominus omnipotens.

INFESTO
S.P.N.BLASII E.& M.
INI.NOCTURNO.

LECTIO I.

De libro Ecclesiastici.

Ecce Sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsa domum, & in diebus suis corroboravit templum. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, & quasi mare adimpti sunt supra modum. Qui curavit gentem suam, & liberavit eam à perditione. Qui prævaluit amplificare civitatem; qui adeptus est gloriam in conversatione gentis, & ingressum domus & atrii amplificavit. Quasi stella matutina in medio nebulae, & quasi luna plena in diebus suis lucet, & quasi sol resplendens, siccille effulsa in templo Dei.

LECTIO II.

Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne: quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso: quasi oliva pullulans, & cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriae, & vestiri eum in confirmationem virtutis, in ascensi altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu ficerdotum, & ipse stans iuxta aram: & circa illum corona

fratrum, quasi plantatio cedri in mon-^{73.}
te Libano, sic circa illum steterunt
quasi rami palmae, & omnes filii Aaron
in gloria sua.

LECTIO III.

F

T consummatione fungens in-
zara, amplificare oblationem ex-
celsi regis, porrexit manum suam in
libatione, & libavit de sanguine uvae:
effudit in fundamento altaris odorem
divinum excelfo Principi. Tunc omnis
populus simul properaverunt, & cecide-
runt in faciem super terram, adorare
Dominum Deum suum, & dare preces
omnipotenti Deo excelfo. Et amplifica-
verunt psallentes in vocibus suis, & ro-
gavit populus Dominum excelfum in
prece, usque dum perfectus est honor
Domini, & munus suum perfecerunt.

LECTIO IV.

T

Unc descendens manus suas extulit in omnem congregationem filio-
rum Israel, dare gloriam Deo à labiis su-
is, & in nomine ipsius gloriari. Et iteravit
orationem suam, volens ostendere vir-
tutem Dei. Et nunc orate Deum omniū,
qui magna fecit in omni terra, qui auxit
dies nostros à ventre matris nostrae, & fe-
cit nobiscum secundum suam misericor-
diam. Det nobis iucunditatem cordis, &

^{14.} fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos; credere Israel, nobiscum esse Dei misericordiam, ut liberet nos in diebus suis.

IN II NOCTURNO

LECTIO V.

Sermo S. Augustini Episcopi.

I stum nobis festum diem passio beatissimi Blasii Martyris fecit, cuius nos victoriae celebritas in istum locum devotissimos congregavit. Sed celebratio solemnitatis Martyrum imitatio debet esse virtutum. Facile est, honorem Martyris celebrari; magnum est, fidem atque patientiam Martyris imitari. Hoc sic agamus, ut illud optemus: hoc sic celebremus, ut illud potius diligamus. Quid laudamus infidele Martyris? quia usque ad mortem pro veritate certavit, & ideo vicit. Blandientem mundum contempsit, salvienti non cessit, ideo vitor ad Deum accessit. Abundant in isto seculo errores & terrores. Beatissimus Martyr errores sapientia, terrores patientia superavit. Magnum est, quod fecit: secutus agnum leonem vicit.

LECTIO VI.

C ontemnite ergo seculum, fratres, contemnite seculum, contemnite. Contemserunt Martyres, contemserunt Aposto-

75.

li, contempsit beatus Blasius, cuius hodie
memoriam celebramus. Divites esse vul-
tis, honorati esse vultis, sani esse vultis:
totum ille contempsit, ad cuius memoriam
convenistis. Quid obsecro, tantum ama-
tis, quod contempsit, quem sic honoratis?
quem, si ista non contempsisset, non utique
sic honoraretis. Quare te invenio eorum
rerum amatorem, quarum veneraris con-
tentorem? Certe illum, si haec amaret, non
venerareris. Et tu noli amare: non enim
intravit, & ostium contra se clausit. Con-
temne & tu, & intra post illum. Patet, qua
intres: Christus est ianua.

LECTIO VII.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Quid nos ad haec dicimus fratres? Con-
gratulamur Martyri: sed jam gloria
eius non sine nostra confusione est. Ecce
enim beatus Blasius homo erat similis
nobis, passibilis, eadem circumdatus in-
firmitate, & carni sua eodem vinculo na-
turalis affectionis inhærens. Si ergo ille
sic glorificavit Christum in corpore suo,
& calicem salutaris accepit: quid nos re-
tribuimus Domino pro omnibus, quæ
retribuit nobis? Ut quid ergo? non pos-
sumus & nos cum beato Blasio Christi bi-
bere calicem? Sed forte respondent alii
qui: possemus, si opportunitas non de-

effet; sed persecutionis tempus cessavit.
At ego, fateor, non satis crediderim ista dicentibus. Quid enim: quotidie ceditis punctioni acus unius, & mucroni vos arbitramini posse resistere? In minimis probate conflictibus, quam viriliter in maiori certamine stare possitis.

LECTIO VIII.

BEATO Blasio certamen forte dedit Dominus, ut vinceret, & disceret, quoniam omnium potentior est sapientia. Vestrum autem certamen quale est, fratres mei? Quotidie vobis fuggeritur in cordibus vestris: frange ordinem tuum, murmura, detrahe, age remissius, infirmitatem simula, responde ei, qui forte durius tibi locutus est, ut satisfacias desiderio tuo. Nec dicitur cuiquam: nisi haec feceris, morieris; sed ut multum cum difficultate & labore resistes animo tuo. Et quis sustineret tanta? haec enim intus audire, haec respondere consuevimus exhortantibus nos aut foris homini, aut intus Spiritui sancto. Si ergo in hujusmodi certamine periclitamur, si vix resistimus, si interdum etiam succumbimus, quid in illo tam gravi certamine faceremus? Si ituncis fragilibus cedit infirmitas nostra, quomodo telis.

77.

refisteret? Videtis, quomodo ad nihil redacti sumus, & sicut solent mulieres ac parvuli, pugnantes laudamus alios, pugnare ipsi non possumus.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IX.

Ex Epistola prima B. Petri
Apostoli.

Hæc est gratia, si propter Dei consci-
entiam sustinet quis tristitias, patiens
injuste. Quæ est enim gloria, si peccantes
& colaphizati suffertis? sed si bene faci-
entes patienter sustinetis, hæc est gratia
apud Deum. In hoc enim vocati estis;
quia & Christus passus est pro nobis, vo-
bis relinquens exemplum, ut sequamini
vestigia ejus: qui peccatum non fecit,
nec inventus est dolus in ore ejus; qui
cum malediceretur, non maledicebat;
cum pateretur, non comminabatur; tra-
debat autem iudicanti se injuste: qui pec-
cata nostra ipse pertulit incorpore suo
super lignum, ut peccatis mortui, justitia
vivamus; cuius livore sanati estis.

LECTIO X.

Omnis fratres, compatientes, frater
nitatis amatores, misericordes, mode-
sti, humiles, non reddentes malum proma-
lo, nec maledictum pro maledicto: sed è
contrario benedicentes: quia in hoc voca-

ti estis, ut benedictionem hereditate posse
sive deatis. Qui enim vult vitam diligere, &
dies videre bonos, coerceat linguam suam a malo, & labia ejus ne loquantur do-
lum. Declinet a malo, & faciat bonum;
inquirat pacem, & sequatur eam, qui a
oculi Domini super justos, & aures ejus
in preces eorum: vultus autem Domini
super facientes mala. Et quis est, qui vo-
bis noceat, si boni emulatores fueritis?
Sed & si quid patimini propter justitiam,
beati.

LECTIO XI.

Timorem autem eorum ne timueri-
tis, & non conturbemini. Dominum
autem Christum sanctificate in cordib,
vestris, parati semper ad satisfactionem
omni poscenti vos rationem de ea, qua
in vobis est, spe; sed cum modestia & ti-
more, conscientiam habentes bonam: ut
in eo, quod detrahunt vobis, confundan-
tur, qui calumniantur vestram bonam
in Christo conversationem. Melius est
enim bene facientes, si voluntas Dei
velit, pati, quam male facientes, quia
& Christus semel pro peccatis nostris
mortuus est, justus pro injustis: ut nos
offerret Deo, mortificatus quidem car-
ne, vivificatus autem spiritu.

Carissimi, nolite peregrinari in fer-
vore, qui ad temptationem vobis fit,
quasi novi aliquid vobis contingat; sed
communicantes Christi passionibus gau-
dete, ut & in revelatione gloriae ejus
gaudeatis exultantes. Si exprobrami-
ni in nomine Christi, beati eritis: quoni-
am quod est honoris, gloriae & virtutis
Dei, & qui est ejus Spiritus, super vos re-
quiescit. Nemo autem vestrum patiatur
ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut
alienorum appetitor. Si autem ut Christi-
anus, non erubescat; glorificat autem
Deum in isto nomine, quoniam tempus est,
ut incipiat judicium à domo Dei. Si autem
primum à nobis, quis finis eorum, qui
non credunt Dei Evangelio? Etsi ju-
stus vix salvabitur, impius & peccator
ubi parebunt? Itaque & hi qui patium-
tur secundum voluntatem Dei, fideli
Creatori commendent animas suas
in benefactis.

INFESTO
S.P.N.BENEDICTI.

INT. NOCTURNO.

LECTIO I.

Ex Libro Ecclesiastici.

Cum adhuc junior essem, priusquam
oberrarem, quæsivi sapientiam pa-
lam in oratione mea. Ante templum
postulabam pro illa, & usque in novissi-
mis inquiram eam. Et effloruit tanquam
præcox uva, & latatum est cormeum in
ea. Ambulavit pes meus iter rectum, à
juventute mea investigabam eam. Incli-
navi modice autem meam, & excepī illam.
Multum inveni in me ipso sapientiam, &
multum profeci in ea. Danti mihi sapi-
entiam dabo gloriam.

LECTIO II.

Consiliatus sum enim, ut facerem il-
lam: zelatus sum bonum, & non con-
fundar. Colluctata est anima mea in illa,
& in faciendo eam confirmatus sum. Ma-
nus meas extendi in altum, & insipienti-
am ejus luxi. Animam meam direxi ad
illam, & in agnitione invenieam. Possedi
cum ipsa cor ab initio: propter hoc non
derelinquar. Venter meus conturbatus
est quarendo illam: propterea bonam
possidebo possessionem. Dedit mihi

Dominus linguam mercedem:& in ipsa
laudabo eum.

81.

LECTIO III.

Appropiate ad me indocti,& congre-
gate vos in domum disciplinæ. Quid
adhuc retardatis? Et quid dicitis in his?
Anima vestra fitiunt vehementer. Ape-
rui os meum,& locutus sum: comparete
vobis sine argento,& collum vestrum sub-
jicite jugo,& suscipiat anima vestra di-
sciplinam: in proximo enim invenire
eam.

LECTIO IV.

VIdete oculis vestris, quia modicū
laboravi,& inveni mihi multam re-
quiem. Assimite disciplinam in multo
numero argenti,& copiosum aurum
possidetē in ea. Latetur anima vestra
in misericordia ejus,& non confunde-
mini in laude ipsius. Operamini opus
vestrum ante tempus,& dabit vobis
mercedem vestram in tempore suo.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO V.

Ex Libro secundo Dialogorum
sancti Gregorii Papæ.

Benedictus Nursiæ nobili genere
ortus, relictis quibus Romæ institu-
ebatur liberalibus disciplinis, ut totum
se Christo daret, ad eum locum, qui Sub-

lacus dicitur; in arctissimam speluncam penetravit: in qua sic per triennium delituit, ut unus id sciret Romanus monachus, quo ad vitæ necessitatem ministro utebatur. Dum ei quodam die ardentes addibidinem faces à diabolo subjicerentur, se in vepribus tamdiu volutavit, dum lacerato corpore voluptatis sensus dolore opprimetur. Sed jam erumpente ex illis laterbris fama ejus sanctitatis, quidam monachi se illi instituendos tradiderunt: quorum vivendi licentia, cum regularem ejus disciplinam ferre non posset, venenum in potionem ei dare constituunt. Sed sub crucis signo vas mortiferum confregit, ac relicto monasterio in solitudinem rediit.

LECTIO VI.

Tum multi ab eo in eodem loco ad omnipotentis Dei sunt servitium congregati: ita ut illic duodecim monasteria cum omnipotentis Iesu Christi Domini opitulatione construeret, in quibus statutis patribus duodenos monachos deputavit; paucos vero secum retinuit, quos adhuc in sua præfentia aptius erudiri iudicavit. Cœpere etiam tunc ad eum Romanæ urbis nobiles & religiosi concurrere, suosque ei filios omnipotenti Deo nutriendos dare.

Tunc quoque bona spei suas soboles Equitius Maurum, Tertullus vero Patricius Placidum tradidit, è quibus Maurus junior, cum bonis polleret moribus, Magistri adjutor cœpit existere: Placidus vero puerilis adhuc indolis gerebat animos. Postea Cassinum migravit Benedictus, ubi simulacrum Apollinis, qui adhuc ibi colebatur, comminuit, aram evertit, & lucos succendit: ibique sancti Martini facellum, & sancti Joannis ædiculam exstruxit: oppidanos autem & incolas christianis præceptis imbuit.

Augebatur autem in dies magis divina gratia Benedictus, ut etiam propheticō spiritu ventura prædiceret: plurimis etiam in mundo claruit miraculis; quin & doctrinæ verbo non mediocriter fulsit. Nam scripsit Monachorum Regulam, discretione præcipuam sermone luculentam, cuius si quis velit subtilius mores vitamque cognoscere, potest in eadem institutione Regula omnes magisterii illius actus invenire. Aliquot mensibus, antequam è vita migraret, præmonuit discipulos, quo die esset moriturus; ac sepulcrum, in quo futurum corpus condī vellet, sex diebus, antequam eò inferretur,

84.

aperiri iussit, sextoque die deferri voluit
in Ecclesiam; ubi sumta Eucharistia sub-
latis in cœlum oculis inter manus di-
scipulorum exspiravit.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IX.

Ex Epistola beati Pauli
Apostoli ad Ephesios.

Quoniam secro vos ego vincitus in Domino,
ut digne ambuletis vocatione, qua
vocati estis, cum omni humilitate & man-
fuetudine, cum patientia, supportantes
invicem in caritate, solliciti servare unita-
tem Spiritus in vinculo pacis. Unum cor-
pus & unus Spiritus, sicut vocati estis, in
una spe vocationis vestrae. Unus Dominus,
una fides, unum baptisma; unus Deus
& Pater omnium, qui est super omnes, &
per omnia, & in omnibus nobis.

LECTIO X.

Hoc igitur dico, & testificor in Domi-
no, ut jam non ambuletis, sicut &
gentes ambulant in vanitate sensus sui,
tenebris obscuratum habentes intellec-
tum, alienati à vita Dei, per ignoran-
tiā, quæ est in illis, propter cæcitatem
cordis ipsorum, qui desperantes semetip-
pos tradiderunt impudicitia in operati-
onem immunditia omnis, in avaritiam.

Vos autem non ita didicistis Christum⁸⁵:
Sitamen illum audistis, & in ipso edocti es-
tis, sicut est veritas in Jesu: deponere vos
secundum pristinam conversationem ve-
terem hominem, qui corrumpitur secun-
dum desideria erroris. Renovamini au-
tem spiritu mentis vestrae, & induite novum
hominem, qui secundum Deum creatus es-
tis in iustitia & sanctitate veritatis.

LECTIO XI.

Omnis ferme malus ex ore vestro non
procedat: sed si quis bonus ad ædifi-
cationem fidei, ut det gratiam audientib;. Et
nolite contristare Spiritum sanctum Dei:
in quo signati estis in diem redemtionis.
Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & cla-
mor, & blasphemia tollatur à vobis cum om-
ni malitia. Estote autem invicem benigni,
misericordes, donantes invicem, sicut &
Deus in Christo donavit vobis. Estote
ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi:
& ambulate in dilectione, sicut & Christus
dilexit nos, & tradidit semetipsum pro no-
bis oblationem & hostiam Deo in odorem
suavitatis.

Ex Epistola ejusdem
ad Philippenses.

Mitatores mei estote, fratres, & observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos saepe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi: quorum finis interitus; quorum Deus venter est; & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapient. Nostra autem conversatio in cœlis est: unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem, qua etiam possit subjicere sibi omnia.

INNATIVITATE S.IOANNIS BAPTISTÆ.

IN II.NOCTURNO.

LECTIO V.

Sermo S. Augustini Episcopi.

Nativitatem Joannis quodammodo
consecratam observat Ecclesia: nec
invenitur ullus in Patribus, cuius nativi-
tatem solemniter celebremus: celebramus
Joannis, celebramus & Christi: hoc vacare
non potest, & si forte à nobis protanta rei
dignitate minus explicatur, fructuosiustan-
men & altius cogitatur. Videtur Joannes
interjectus quidam limes testamentorum
duorum, veteris & novi. Nam eum esse, ut
dixi, quodammodo limitem, Dominus ip-
se testatur dicens: Lex & Prophetæ usque
ad Joannem Baptistam. Sustinet ergo
personam vetustatis, & præconium novi-
tatis: propter personam vetustatis, de se-
nibus nascitur; propter personam novi-
tatis, in visceribus matris Propheta de-
claratur.

R. Plebem perfectam. **V.** Omnes Prophe-
tæ & lex usque ad Joannem prophetave-
runt: & si vultis recipere, ipse est Elias,
qui venturus est.

Non dum enim natus ad sanctam Mariam adventum exsultavit in utero matris. Jam ibi designatus erat: cuius praecursore fuit ostenditur, antequam ab eo videretur. Divina sunt haec, & mensuram humanae fragilitatis excedunt. Postremo nascitur, accipit nomen, lingua solvit patris. Hoc quod factum est, refer ad significationem rerum, & vide magnum mysterium. Zacharias tacet, & amittit vocem, donec Joannes nascatur praecursor Domini, & aperiret vocem. Quid est silentium Zachariae, nisi prophetia latens, & ante prædicacionem Christi quodam modo occulta & clausa? Aperitur illius adventu, clara fit venturo eo, qui prophetabatur. Solvit lingua, quia nascitur vox. Vox Joannes, Dominus autem in principio erat Verbum. Joannes vox ad tempus; Christus Verbum in principio aeternum.

R. Vias ejus. **V.** Scriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini, & restituere tribus Jacob.

In natu mulierum, sicut dixit ipse Christus, nemo resurrexit major Joanne Baptista. Si hoc homine nullus erat major homo, qui major est illo, plus est quam homo. Magnum testimonium Christi de

89

se ipso, sed lippientibus & infirmis oculis
parum de se testificatur dies. Infirmi oculi
diem expavescunt, lucernam ferunt;
ideo præmisit lucernam dies venturus.
Paravi, inquit, lucernam Christo meo; Jo-
annem Salvatori præconem, iudici præ-
cursorem venturo, futuro amicum spon-
fo. Quis ergo testimonium huic perhibe-
at die latenti in quadam nube carnis? da
lucernam, testetur diem. Dicit Joannes
de Christo; non sum dignus, inquit, corri-
giam calceamenti ejus solvere. Quanta
dicit de Christo! quam præclara! quam
excelsa! quam digna! si tamen de illo ali-
quid ab aliquo digne dicitur.

R. Omnes accepimus. **V.** Lex per Moysen
data est; gratia & veritas per Jesum
Christum facta est.

LECTIO VIII.

Habebat discipulos Joannes, habe-
bat & Christus: quasi extra doce-
bat, sed testis inhærebat. Quod in nup-
tiis humanis homo homini paronym-
phus est, hoc est Joannes Christo, & idē
Deus Christus sponsus, mediator Dei
& hominum, sed in quantum homo.
Nam in quantum Deus non mediator,
sed æqualis Patri, hoc idem quod Pa-
ter, cum Patre unus Deus.

R. Impletum est. **V.** Pater diligit Fi-
lium; & omnia dedit in manu ejus.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IX.

Ex Actibus Apostolorum.

Surgens Paulus & manu silentium
indicens, ait: Viri Israelitæ, & qui ti-
metis Deum, audite: Deus plebis Israel
elegit patres nostros, & plebem exalta-
vit, cum essent incolæ in terra Ægypti, &
in brachio excelsø eduxit eos ex ea, &
per quadraginta annorum tempus mo-
res eorum sustinuit in deserto. Et de-
struens gentes septem in terra Cha-
naan, forte distribuite istram eo-
rum, quasi post quadringentos & quinqua-
ginta annos, & posthac dedit judices
usque ad Samuel Prophetam.

LECTIO X.

Ftexinde postulaverunt regem;
& dedit illis Deus Saul filium Cis,
virum de tribu Benjamin annis qua-
draginta. Et amoto illo, suscitavit illis
David regem: cui testimonium per-
hibens dixit: Inveni David filium Jesse,
virum secundum cor meum, qui faciet
omnes voluntates meas.

LECTIO XI.

Hujus Deus ex semine secundum promissionem eduxit Israel Salvatorem Jesum, prædicante Joanne ante faciem adventus ejus baptismum pœnitentia omni populo Israel. Cum impleret autem Joannes cursum suum dicebat: Quem me arbitramini esse, non sum ego; sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calceamenta pedum solvere. Viri fratres, filii generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis hujus missum est.

LECTIO XII.

Factum est autem, cum Apollo esset Corinthi, ut Paulus per agratis superioribus partibus, veniret Ephesum, & inveniret quosdam discipulos: dixitque ad eos: Si Spiritum sanctum accipistis credentes? At illi dixerunt ad eum: sed neque si Spiritus sanctus est audivimus. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Joannis baptinate. Dixit autem Paulus: Joannes baptizavit baptismō pœnitentiæ populum dicens: In eum qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, in Iesum. His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu.

INFESTO
SS. PETRI ET PAULI.
APOSTOLORUM.
IN II. NOCTURNO.

LECTIO V.

Ex Libro secundo Historia^æ
Ecclesiastica Eusebii Cæ-
fariensis Episcopi.

Omnium divini Numinis hostium prin-
ceps & antesignanus Nero. In ipsos
etiam Apostolos favit. Ac Paulus qui-
dem Romæ capite truncatus; Petrus ve-
ro cruci suffixus fuisse, eodem regnan-
te traduntur. Quam quidem narratione
abunde confirmant Petri, Paulique no-
mine insignita monumenta, quæ in ur-
bis Romæ cœmeteriis etiamnum visun-
tur. Sed & Caius quidem vir Catholicus,
qui Zephyrini Romanæ urbis Episco-
pi temporibus floruit, in eolibro quem
scripsit adversus Proculum patronum
fectæ Cataphrygarum, de loco in quo
prædictorum Apostolorum sacra cor-
pora deposita sunt, ita loquitur: Ego ve-
ro, inquit, Apostolorum tropæa possum
ostendere. Nam sive in Vaticanum, sive

ad Ostiensem viam pergere libet, occur-
rent tibi tropæ a eorum, qui Ecclesiam
illam fundaverunt.

93.

R. Non derelinquetur. **V.** Hereditas
sancta nepotes eorum, & in testamentis
stetit semen eorum.

LECTIO VI.

Porro ambos uno eodemque tem-
pore martyrium subiisse, Dionysius
Corinthiorum Episcopus ad Romanos
scribens testatur hiis verbis: Ita & vos, in-
quit, tanta admonitione vestra, semen-
tem, quæ Petri ac Pauli satione succre-
verat, Romanos scilicet & Corinthios si-
mul commisisti. Ambo enim illi in urb-
em nostram Corinthum ingressi, sparso
Evangelicæ doctrinæ semine nos institu-
erunt; & in Italiam simul profecti, cum
vos similiter instituissent, eodem temp-
ore martyrium pertulerunt.

R. In Domino. **V.** Itaque, fratres mei ca-
rissimi & desideratissimi, gaudium meū
& corona mea, sic state in Domino ca-
rissimi.

LECTIO VII.

Ex Libro Tertulliani Pres-
byteri de Praescriptione.

Age iam qui voles curiositatem melius
 exercere in negotio salutis tuae, per-
 curre Ecclesiæ Apostolicas, apud quas
 ipsæ adhuc cathedrae Apostolorum suis
 locis præsident: apud quas ipsæ authenticæ
 literæ eorum recitantur, sonantes vocem,
 & repræsentantes faciem uniuscujusque.
 Si Italiae adjaces, Romanam habes, unde
 nobis quoque autoritas præsto est. Ista
 quam felix Ecclesia, cui totam doctri-
 nam Apostoli cum sanguine suo profu-
 derunt: ubi Petrus passioni Dominicæ
 adæquatur: ubi Paulus Joannis exitu co-
 ronatur: ubi Apostolus Joannes, postea-
 quam in oleum igneum demersus, nihil
 passus est, in insulam relegatur. Videam,
 quid didicerit, quid docuerit. Unum De-
 tum novit & Christum Jesum ex Virgine
 Maria Filium Dei Creatoris, & carnis re-
 surrectionem. Legem & Prophetas cum
 Evangelicis & Apostolicis literis miscet, &
 inde potat fidem: eam aqua signat, sancto
 Spiritu vestit, Eucharistia pascit, martyri-
 um exhortatur, & ita adversus hanc institu-
 tionem neminem recipit. Hæc est institutio,
 non dico jam, quæ futuras hæreses præ-
 nuntiabat, sed de qua hæreses prodierunt.
 Sed non fuerunt ex illa, ex quo factæ
 sunt adversus illam.

RAnathema sit. **V.** Memores estote verbo-
rum, quæ prædicta sunt ab Apostolis Domi-
ni nostri Jesu Christi. 15.

LECTIO VIII.

Ex Libro quarto Divinarum
Institutionum Lactantii.

Discipuli per provincias dispersi, fun-
damenta Ecclesiæ ubique posuerunt,
facientes & ipsi in nomine magistri Dei ma-
gna & pene incredibilia miracula: quia
discendens instruxerat eos virtute ac pote-
state, qua posset nova annuntiationis ra-
tio fundari & confirmari: sed & futura ap-
eruit illis omnia, quæ Petrus & Paulus Ro-
mæ prædicaverunt, & ea prædicatio in me-
moriā scripta permanēvit; in qua cum
multa alia mira, tum etiam hoc futurum
esse dixerunt, ut post breve tempus immi-
teret Deus regem, qui expugnaret Iud-
aos, & civitates eorum solo ad aquaret, ip-
pos autem fame sitique confectos obside-
ret. Postremo ut capti venirent in manus
hostium, eo quod exsultaverint super
amantissimum & probatissimum Dei Filium.
Itaque post illorum obitum, cum eos Nero
interemisset, Iudaeorum nomen & gentem
Vespasianus extinxit, fecitque omnia, quæ
illifutura prædixerant. **R**Percutere terram.
V. Isti sunt duo filii olei, qui adfūstunt Domi-
natori universæ terræ. Gloria.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IX.

Ex Epistola secunda beati Petri Apostoli.

Fratres, magis fatagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis: hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Sicut enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi. Propter quod incipiamus vos semper commonere de his: & quidem scientes, & confirmatos vos in præsenti veritate. Iustum autem arbitror, quamdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione: certus quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster Jesus Christus significavit mihi. Dabo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meum, uthorum memoriam faciatis.

LECTIO X.

Ex Actibus Apostolorum.
A Mileto Paulus mittens Ephesum, vocavit maiores natu Ecclesia. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Vos scitis à prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim serviens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, &

97.

temptationibus, quæ mihi acciderunt ex infidiliis Iudaorum: quomodo nihil subtraxerim utilium, quominus annuntiarem vobis & docerem vos publice, & per domos, testificans Judæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam & fidem in Dominum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Jerusalem; quæ in ea ventura sint mihi, ignorans; nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens: Quoniam vincula & tribulationes Hierosolymis me manent. Sed nihil horum vereor: nec facio animam meam pretiosiorem quam me, dummodo confitendum cursum meum, & ministerium verbi, quod accepi à Domino Iesu: testificari Evangelium gratia Dei.

LECTIO XI.

FTnunc ecce egoscio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quo transivi prædicans regnum Dei. Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium. Non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis. Adtende vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Egoscio, quoniam intrabunt post discessiōnem meam lupi rapaces in vos, non par-

centes gregi. Et ex vobis ipsis exsurgent
viri loquentes perversa, ut abducant disci-
pulos post se. Propter quod vigilate, memo-
ria retinentes: quoniam per triennium
nocte & die non cessavi, cum lacrymis mo-
nens unumquemque vestrum. Et nunc
commendo vos Deo, & verbo gratiae ip-
sius, qui potens est adificare, & dare here-
ditatem in sanctificatis omnibus.

LECTIO XII.

Argentum & aurum aut vestem nul-
lius concupivi, sicut ipsis scitis: quo-
niam ad ea, quae mihi opus erant, & his, qui
mecum sunt, ministraverunt manus istae.
Omnia ostendi vobis, quoniam sic laboran-
tes oportet suscipere infirmos, ac memi-
nisse verbi Domini Jesu, quoniam ipse
dixit: Beatus est, magis dare, quam acci-
pere. Etcum haec dixisset, positis geni-
bus suis oravit cum omnibus illis. Magn,
autem fletus factus est omnium: & pro-
cumbentes super collum Pauli, oscula-
bantur eum, dolentes maxime in verbo,
quod dixerat, quoniam amplius faciem
ejus non essent visuri. Et deducebant
eum ad navem.

IN
ASSUMPTIONE B.M.V.

INT. NOCTURNO.

LECTIO I.

De Canticis canticorum.

Flos campi, & lily convallium.
Esicut lily inter spinas, sic amica mea
 inter filias. Sicut malus inter ligna silva-
 rum, sic dilectus meus inter filios. Sub
 umbra illius, quem desideraveram, sedi;
 & fructus ejus dulcis gutturi meo. Intro-
 duxit me in cellam vinariam, ordinavit
 in me caritatem. Fulcite me floribus, stipa-
 te me malis, quia amore langueo. Lava
 ejus sub capite meo, & dextera illius am-
 plexabitur me. Adjuro vos filiae Jerusa-
 lem per capreas, cervosque camporum,
 ne fuscitetis, neque evigilare faciatis di-
 lectam, quo ad usque ipsa velit.

LECTIO II.

Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens
 in montibus, transiliens colles. En-
 dilectus meus loquitur mihi: Surge, pro-
 pera amica mea, columba mea, formosa
 mea, & veni. Iam enim hyems transiit, im-
 ber abiit, & recessit: flores apparuerunt
 in terra nostra; tempus putationis adve-
 nit, vox turturis audita est in terra nostra,
 ficus protulit grossos suos, vineæ florentes

dederunt odorem suum. Surge amica
mea, speciosa mea, & veni, columba mea
in foraminibus petrae, in caverna mace-
riae: ostende mihi faciem tuam, sonet vox
tua in auribus meis; vox enim tua dulcis,
& facies tua decora.

LECTIO III.

Qua est ista, quae ascendit per deser-
tum, sicut virgula fumi ex aroma-
tibus myrrhae & thuris, & universi pulve-
ris pigmentarii? Tota pulchra es amica mea,
& macula non est in te. Veni de Libano spon-
sa mea, veni de Libano, veni: coronaberis.
Favus distillans labia tua sponsa, mel &
lac sub lingua tua, & odor vestimentorum
tuorum sicut odor thuris. Hortus conclu-
sus es foror mea, sponsa, hortus conclusus,
fons signatus.

LECTIO IV.

Adiuro vos filiae Jerusalem, si inveneri-
atis dilectum meum, ut nuntietis ei quia
amore langueo. Una est columba mea, per-
fecta mea, una est matris uirginis, electa genitrici
suae. Viderunt eam filiae, & beatissimam prædi-
caverunt; reginae, & laudaverunt eam. Quae
est ista, quae progreditur quasi aurora consur-
gens; pulchra ut luna; electa ut sol; terribilis ut ca-
strorum acies ordinata? Quae est ista, quae ascen-
dit de deserto, deliciis affluens innixa super
dilectum suum?

IN II NOCTURNO.

LECTIO V.

Homilia S. Cyrilli Alexandrini Episcopi, Ephesi in Nestorium habita.

Sanctorum catum, qui à sancta & Dei para semperque Virgine Maria invitati prompto animo huc conflixerunt, lætum erectumque conspicio. Quare licet multa premerer modestia, attamen hic sanctorum Patrum conspectus lætitiam mihi præbuit. Nunc dulce illud hymnographi David verbum apud nos impletum est; Ecce jam quid bonum aut quid jucundum nisi habitare fratres in unum? Salve itaque à nobis, sancta mystica Trinitas, quæ nos omnes in hanc Mariæ Deiparae Ecclesiam convocasti. Salve à nobis, Deipara Maria, venerandus totius orbis thesaurus, lampus inextinguibilis, corona virginitatis, sceptrum rectæ doctrinæ, templum indif- solubile Mater & Virgo; per quam is benedictus in sanctis Evangelii nominatur, qui venit in nomine Domini.

LECTIO VI.

Salve à nobis, Deipara Maria, quæ immensum incomprehensemque in sancto virgineo utero comprehendisti; per quam sancta Trinitas glorificatur & adoratur; per quam pretiosa crux celebratur, & in universo orbe adoratur; per quam

cœlum exultat, per quam Angeli & Archangeli latantur; per quam dæmones fugantur; per quam tentator diabolus cœlo decidit; per quam prolapsa creatura in cœlum assumitur; per quam universa creatura, idolorum vesania detenta, ad veritatis agnitionem pervenit; per quam sanctum baptisma obtingit credentibus; per quam toto terrarum orbe fundata sunt Ecclesiæ; per quam gentes adducuntur ad penitentiam.

LECTIO VII.

Ex homilia S. Procli Episcopi in Incarnationem Domini nostri Jesu Christi.

Fxultet natura, honorantur feminæ; glorificantur virgines. Ubi enim abundavit delictum, superabundavit & gratia. Sacra Deipara Maria in unum nos coegit. Hæc illibata virginitatis purus ille thesaurus, decusque & ornamentum: hæc spiritalis secundi Adami paradisus: hæc thalamus, in quo Verbum humanam carnem sibi desponsavit: hæc ancilla est & mater, virgo & cœlum: hæc sola pons est, per quem Deus ad homines descendit. Quis vidit, quis audivit talia? Incircumscriptus Deus uterū inhabitat; quem cœli non capiunt, venter non coangustavit virginis.

LECTIO VIII.

Quod si ea, quæ genuit, virgo non permanensit; neque is, qui natus est, aliud quam purus homo existit: atque ita partus ille nihil admiratione dignum habebit. Quod si illa etiam post partum virginitatem illæfam retinuit, is citra omnem controversiam arcano modo ex ea ortus est. Ne igitur, ô homo, partum hunc erubescendum censeas. Hic enim solus salutis antidotum nobis adtulit. Nam si ex muliere natus non esset, mortem utique non oppetivisset. Quod si mortuus non esset, neque illum quoque per mortem destruxisset, qui mortis habebat imperium, hoc est, diabolum.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IX.

Ex Epistola beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Scriptum est: Abraham credidit Deo; & reputatum est illi ad justitiam. Cognoscite ergo, qui a qui ex fide sunt, illi sunt filii Abrahæ. Providens autem Scriptura, quia ex fide justificat Gentes Deus, prænuntiavit Abrahæ: Quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis, qui non permanferit in omnibus,

quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.
Quoniam autem in lege nemo justificatur
apud Deum, manifestum est: quia justus
ex fide vivit. Lex autem non est ex fide,
sed qui fecerit ea, vivet in illis.

LECTIO X.

Christus nos redemit de maledicto
legis, factus pro nobis maledictum:
quia scriptum est: Maledictus omnis, qui
pendet in ligno: ut in gentibus benedictio
Abrahæ fieret in Christo Jesu, ut pollicita-
tionem Spiritus accipiamus per fidem.
Fratres csecundum hominem dico: tamen
hominis confirmatum testamentum nemo
spernit, aut superordinat. Abrahæ dictæ
sunt promissiones & semini ejus. Non dicit:
et feminibus quasi in multis: sed quasi in uno:
& semini tuo, qui est Christus. Hoc autem
dico, testamentum confirmatum à Deo: quia
post quadringentos & triginta annos facta
est lex, non irritum facit ad evanescendam
promissionem. Nam si ex lege hereditas,
jam non ex promissione. Abrahæ autem
per repromotionem donavit Deus.
Quid igitur lex? Propter transgressio-
nes posita est, donec veniret semen, cui
promiserat, ordinata per Angelos in
manu mediatoris.

LECTIO XI.

ITaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur. At ubi venit fides, jam non sumus sub pædagogo. Omnes enim filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus, neque Græcus: non est servus, neque liber: non est masculus, neque femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem heredes.

LECTIO XII.

Dico autem: Quanto tempore heres parvulus est, nihil differt à servo, cum sit dominus omnium; sed sub tutoribus & actoribus est usque ad præfinitum tempus, à patre. Ita & nos cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut ad optionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem: Abba, Pater. Itaque jam non est servus, sed filius. Quod si filius, & heres per Deum.

INFESTO OMNIUM SANCTORUM.

IN I. NOCTURNO.

LECTIO I.

De Epistola beati Pauli
Apostoli ad Ephesios.

Benedictus Deus, & Pater Dominino-
stris Iesu Christi, qui benedixit nos
in omni benedictione spirituali in cœlesti-
bus in Christo; sicut elegit nos in ipso an-
te mundi constitutionem, ut essemus sanc-
ti & immaculati in conspectu ejus in chari-
tate. Qui prædestinavit nos in adoptionem
filiorum per Iesum Christum in ipsum secū-
dum propositum voluntatis suæ, in laudem
gloriae gratiae suæ, in qua gratificavit nos
in dilecto Filio suo.

LECTIO II.

In quo habemus redēctionem per san-
guinem ejus, remissionem peccatorum
secundum divitias gratiae ejus, quæ super-
abundavit in nobis, in omni sapientia &
prudentia: ut notum faceret nobis sa-
cramentum voluntatis suæ secundum
beneplacitum ejus, quod proposuit in eo:
in dispensatione plenitudinis temporis
instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis
& quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam
& nos forte vocati sumus, prædestinatise-

cundum propositum ejus, qui operatur
omnia secundum consilium voluntatis suæ:
ut simus in laudem gloriae ejus nos, qui
ante speravimus in Christo.

107.

LECTIO III.

Deus, qui dives est in misericordia,
propter nimiam charitatem suam,
qua dilexit nos, & cum essemus mortui
peccatis, convivificavit nos in Christo,
cujus gratia estis salvati, & conresuscita-
vit & redere fecit in cœlestibus in Chri-
sto Jesu: ut ostenderet in seculis super-
venientibus abundantes divitias gratia
sua in bonitate super nos in Christo Jesu.

LECTIO IV.

Flecto genua mea ad Patrem Domi-
ni nostri Jesu Christi, ex quo omnis
paternitas in cœlis & in terra nominatur:
ut det nobis secundum divitias gloriae suæ
virtute corroborari per Spiritum ejus
in interiore hominem, Christum habita-
re perfidem in cordibus vestris: in chari-
tate radicati & fundati, ut possitis compre-
hendere cum omnibus Sanctis, quæ sit
latitudo & longitudine, & sublimitas & pro-
fundum scire etiam supereminentem sci-
entia charitatem Christi, ut impleamini
in omnem plenitudinem Dei. Ei autem
qui potens est omnia facere superabun-
danter, quam petimus, aut intelligimus,

108.

fecundum virtutem, quæ operatur in nobis,
ipſi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu
in omnes generationes seculi seculorum.
Amen.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO V.

Ex Libro S. Cypriani Episcopi &
Martyris de Mortalitate.

R Egnum Dei, fratres dilectissimi, esse
cœpit in proximo. Præmium vita, & gau-
dium salutis securitas, & possessio paradisi
nuper amissa, mundo transeunte jam veni-
unt; jam terrenis cœlestia & magna parvis
& caducis aeternas succedunt. Quis hic anx-
ietatis & solicitudinis locus est? quis inter
hæc trepidus & molestus est, nisi cui spes &
fides deest? Ejus est enim mortem timere,
qui ad Christum nolit ire. Ejus est ad Chri-
stum nolle ire, qui se non credat cum Chri-
sto incipere regnare: scriptum est enim
justum fide vivere. Si justus es, & fide vi-
vis, si vere in Christum credis, cur non cum
Christo futurus, & de Domini pollicitatione
securus, quod ad Christum voceris, am-
plexeris; & quod diabolo careas, gratu-
laris?

LECTIO VI.

C Um ergo Christum videre gaudere
fit, nec possit esse gaudium nostrum,
nisi cum viderimus Christum, quæ cœci-

tas animi, quæve dementia est amare
 pressuras & panas & lacrymas mundi, &
 non festinare potius ad gaudium, quod
 nunquam possit auferri? Hoc autem fit,
 fratres dilectissimi, quia fides deest, quia
 nemo credit, vera esse, quæ promittit De-
 us, qui verax est, cuius sermo credentib,
 æternus & firmus est. Sitibi vir gravis
 & laudabilis aliquid polliceretur, habe-
 res utique pollicenti fidem. Nunc Deus
 tecum loquitur, & tu mente incredula
 perfidus fluctuas? Deus tibi de hoc mun-
 do recedenti immortalitatem atque æter-
 nitatem pollicetur, & tu dubitas? Hoce est
 Deum omnino non nosse, hoce est Chri-
 stum credentium Dominum & magistrū
 peccato incredulitatis offendere, hoce est
 in Ecclesia constitutum, fidem in domo
 fidei non habere.

LECTIO VII.

Considerandum est, fratres dilectissi-
 mi, & identidem cogitandum, renun-
 tiasse nos mundo, & tanquam hospites &
 peregrinos isthic interim degere. Am-
 plectamur diem, qui nos isthinc ereptos
 & laqueis secularibus exsolutos paradi-
 so restituit & regno. Quis non peregre
 constitutus properaret in patriam re-
 gredi? quis non ad suos navigare fe-
 stinans ventum prosperum cupidius

optaret, ut velociter caros liceret am-
plici? Patriam nostram paradisum com-
putemus, parentes Patriarchas habere
jam cœpimus. Quid non properamus
& currimus, ut patriam nostram videre,
ut parentes salutare possimus? Magni,
illic nos carorum numerus exspectat,
parentum, fratum, filiorum frequens
nos & copiosa turba desiderat, jam de
sua incolumitate secura, & adhuc de
nostra salute sollicita. Ad horum con-
spectum & complexum venire, quanta
& illis & nobis in commune latitia est?

LECTIO VIII.

Qualis illic cœlestium regnum vo-
luntas sine timore moriendi, & cum
æternitate vivendi! quam summa & per-
petua felicitas! illic Apostolorum glori-
ofus chorus; illic Prophetarum exful-
tantium numerus, illic Martyrum innu-
merabilis populus ob certaminis & pas-
sionis victoriam coronatus, triumphantes
illic Virgines, quæ concupiscentiam car-
nis & corporis continentia & robore sub-
egerunt, remunerati misericordes, qui
alimentis & largitionibus pauperum ju-
stitia & opera fecerunt, qui Dominica præ-
cepta servantes ad cœlestes thesauros
terrena patrimonia transtulerunt.
Ad hos, fratres dilectissimi, avida cupi-

ditate properemus; ut cum his cito esse, ut cito ad Christum venire contingat, optemus. Hanc cogitationem nostram Deus videat; hoc propositum mentis & fidei Dominus Christus adspiciat; daturus eis gloriae suae ampliora premia, quorum circa se fuerint desideria majora.

IN III NOCTURNO.

LECTIO IX.

Ex Libro Apocalypsis beati Johannis Apostoli.

Ecce sedes posita erat in celo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis jaspidis & sardinis: & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ. Et in circuitu sedis sedilia videnti quatuor: & super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circum amicti vestimentis albis, & in capitibus eorum corona aurea. Et de throno procedebant fulgura; & septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei. Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante & retro.

LECTIO X.

Frat animal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum

animal simile aquila volanti. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas se nas: & in circuitu & intus plena sunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte , di centia: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Etcum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedentis super thronum, viventi in secula seculorum, procidebant viginti quatuor seniores antefedentem in throno, & adorabant viventem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es, Domine Deus noster, accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.

LECTIO XI.

Et vidi in dextera sedentis supra thronum librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & solvere signacula ejus? Et nemo poterat neque in celo, neque in terra, neque sub terram, aperire librum, neque respicere illum. Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inventus est, aperire librum, nec videre eum. Et unus de senioribus dixit mihi: Ne fleveris: ecce vicit leo de tribu

Juda, radix David, aperire librum &
solvere septem signacula ejus. iiii.

LECTIO XII.

FT vidi: & ecce in medio throni &
quatuor animalium & in medio
seniorum Agnum stantem tanquam oc-
cifum, habentem cornua septem, & oculos,
qui sunt septem spiritus Dei, missi in om-
nem terram. Et venit, & accepit de dex-
tera sedentis in throno librum. Et cum
aperuisset librum, quatuor animalia &
viginti quatuor seniores ceciderunt co-
ram Agno, habentes singuli citharas, &
phialas aureas plenas odoramentorum,
quaे sunt orationes sanctorum: & canta-
bant canticum novum, dicentes: Dignus
es, Domine, accipere librum, & aperire
signacula ejus; quoniam occisus es, & re-
demisti nos Deo in sanguine tuo ex omni
tribu, & lingua, & populo, & natione: &
fecisti nos Deo nostro regnum, & sacer-
dotes; & regnabimus super terram.